This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.

+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.

+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.

+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at `http://books.google.com/`


A 493249



Library of the University of Michigan
Bought with the income
of the
Ford - Messer
Bequest



E. P. FABER




AS
182
1961

MONUMENTA BOICA.

VOLUMEN SEPTIMUM.

EDIDIT

ACAD. SCIENTIAR. MAXIMILIANEA.



MONACHII

Proſtat in Bibliopolio Academico.

MDCCLXVI.

PRÆFATIO.

Adeſt die condicta *volumen ſeptimum* Monumentorum Boicorum, ſub ſelicibus MAXIMILIANI JOSEPHI auſpiciis emiſſum, bonaque fruge locupletiſſimum.

Debemus illud ſingulari prorſus favori, quo in Muſas noſtras omnesque feruntur Reverendiſſimi Benno BURANUS, Bernhardus,

145776

Ettalensis, Ulricus Wessofontanus & Rupertus Weyariensis præſules: quorum quidem nominibus, ſi quidpiam laudis adſpergere vellemus, iniurii videremur in viros optime de nobis meritos, quos nuncupaſſe maximum elogium eſt.

Erit ſane tempus, cum poſteri raram ævi, quod vivimus, felicitatem celebrabunt; cui contigit Princeps, ſoboles Deum, litteris ac rei publicæ reſtituendæ natus, proceresque haud aliam ſecundiorem famam appetere ſueti, quam quæ in patriam *patremque* illius redundaret.

Hoc

Hoc numine, his ſuffragiis læti, nunciamus tibi, Lector, octavum operis immenſi volumen, iam prelo ſubiectum. Tu vero fave, fruere his noſtris, gratusque ſolemnia nobiscum vota ſuſcipe *pro ſalute* OPTIMI PRINCIPIS.

Dab. Monachii, ipſo die votivo D. MAXIMILIANI, IV. Idus Octobr. A. R. S. MDCCLXVI.

CONTINENTUR HOC VOLUMINE.

1. Monumenta Benedicto-Burana, pag. 1.

2. Monumenta Ettallenſia, pag. 223.

3. Monumenta Weſſofontana, pag. 329.

4. Monumenta Weyarienſia, pag. 427.

MONUMENTA BENEDICTO BURANA.

PRÆFATIO.

Burum, Burorum, Benedicto-Burum illuſtris eſt ſodalium Divi Benedicti Abbatia, in ipſis Alpium Rhæticarum faucibus, in valle Coveliacenſi, ad alterum a ſtagno *Kochelſee* lapidem ſita, Tetrarchiæ Monacenſi adſcripta.

Origines Buranas celebrant monumenta domeſtica duo, veneranda antiquitate conſpicua: Rotulus hiſtoricus ſeculo XI. exaratus, atque liber annalium ſeculo XII. ex vetuſtioribus quibusdam documentis, collectus.

PRÆFATIO.

Elementorum horuncce fide, quæ maxima utique eſt, ſuffultus, celeberrimus Meichelbeckius noſter, immortale decus Buroni, ætatem monaſterii nobiliſſimi adſtruxit atque ſtabilivit. Nos utrumque ex autographis deſcriptum inferius recitamus.

Conſtat modo Lantfridum, regia Carolidarum ſtirpe prognatum, fundamenta aſceterii Burani poſuiſſe anno DCCXL. ipſumque, cum fratribus ſuis Waltrammo & Elilando, ſacræ religionis habitum in illo induiſſe.

Quanta fuerit inde a primis Buroni incunabulis, præſulum Buranorum, encomio Principium Imperii ornatorum, dignatio, qui ſplendor loci, docuit Meichelbeckius docebunt monumenta noſtra.

Neque vero deſciverunt Burenſes noſtri ab artibus, quibus, diſciplina magiſtra, per mille & quod excurrit annos ſtetit gloria ipſorum. Idem eſt etiamnunc animorum vigor, idem amor litterarum, quæ, nova ſtudendi ratione nuper ſuſcepta, ingentia propediem nacturæ ſunt incrementa.

Superfluum foret ſplendidam ædificiorum molem celebrare, nempe excipiendis hoſpitio Principibus deſtinatam: ſed noſtrum eſt mentionem inferre ſuaviſſimi muſarum diverſorii, Bibliothecæ eximio librorum typis ma-

nuque

ſuque exaratorum apparatu inſtructæ; &, quod illi contiguum eſt, Tabularii, rerum patriarum pariter atque domeſticarum Theſauri.

Nos ſane ex Codicibus manuſcriptis, qui heic loci inde a ſeculo VIII. ſervantur, plurima in uſum noſtrum convertimus, mox publici juris facienda. Diplomatum cartarumque vim ingentem Chronico Burano ſubjunxit Meichelbeckius: Nos vero ne cuiquam deſiderium foret Monumentorum Buranorum, nullis aliis ſecundorum, cartas CXLIV. quæ nobis potiores videbantur, huic noſtræ collectioni Monumentorum Boicorum abſolutiſſimæ duximus inſerendas. Adjecimus nobiliſſimum librum traditionum circiter annum MCXL. inchoatum atque ad medium usque ſeculum XIII. multorum ſtudio manibusque perductum.

Reſtat ut publice ſignificemus animum gratiſſimum, quo nomina proſequimur, R. Præſulis *Bennonis*, Congregationis Benedictino Boicæ Præſidis graviſſimi; qui ſtudia noſtra ea contentione juvat fovetque, in qua facile agnoſcas ſodalem Principem ordinis ſacri, quem muſarum ſtatorem fere dixeris atque reſtauratorem.

SERIES RR. ABBATUM BURANORUM EX MONUMENTIS IDONEIS.


1. Landfridus an. 742. † poſt 772.
2. Waldramus.
3. Elilandus † poſt 808.
4. Ringrinus intrus.
5. Zacco intr.
6. Erpſmannus intr.
7. Urolfus intr. † circ. 917.
8. Snelbartus usque 955.
   Deſtructio monaſterii.
9. Wolfoldus Presb. ſecul. reg. 969.
10. Richolfus Rector ſec. † circ. 987.
11. Reginbertus I. Rect. ſec. † 997.
12. Ratoldus Rect. ſec. † 1009.
13. Tagino Rect. ſec. † 1010.
14. Adalbero Rect. ſec. † ....
15. Reginbertus II. Rect. ſec. abd. 1031.
    Reſtitutio monaſterii.
16. Ellingerus Abbas 1031-1032.
17. Gothelmus † 1062.
18. Megingozus ejectus 1064.
19. Ratmundus † 1090.
20. Conradus † 1122.
21. Norbertus † 1123.

22. Ul-

22. Ulſcalcus † 1125.
23. Engelſcalcus † 1138.
24. Walterus † 1168.
25. Ortolphus I. † 1180.
26. Wernerus † 1183.
27. Albertus I. † 1203.
28. Bernhardus I. † 1213.
29. Henricus I. † 1227.
30. Gebhardus † 1236.
31. Bernhardus II. 1246.
32. Henricus II. † 1271.
33. Ortolphus II. † 1284.
34. Henricus III. † 1289.
35. Otto reſ. 1318.
36. Henricus IV. † 1348.
37. Duringus † 1361.
38. Albertus II. † 1369.
39. Henricus V. † 1377.
40. Henricus VI. † 1400.
41. Ludovicus I. † 1409.
42. Fridericus † 1422.
43. Conradus II. reſ. 1429.
44. Gregorius reſ. 1439.
45. Thomas dep. 1440.
46. Wilhelmus † 1483.
47. Narciſſus † 1504.
48. Balthaſar † 1521.

49. Mathias reſ. 1538.
50. Caſparus † 1548.
51. Ludovicus II. † 1570.
52. Johannes I. † 1604.
53. Johannes II. † 1628.
54. Waldramus II. † 1638.
55. Philippus † 1661.
56. Amandus † 1671.
57. Placidus reſ. & † 1690.
58. Elilandus II. † 1707.
59. Magnus † 1742.
60. Leonardus † 1758.
61. BENNO.

Monu-


Vol. VII. pag. 1.

49. Mathias reſ. 1538.
50. Caſparus † 1548.
51. Ludovicus II. † 1570.
52. Johannes I. † 1604.
53. Johannes II. † 1628.
54. Waldramus II. † 1638.
55. Philippus † 1661.
56. Amandus † 1671.
57. Placidus reſ. & † 1690.
58. Elilandus II. † 1707.
59. Magnus † 1742.
60. Leonardus † 1758.
61. BENNO.



MONUMENTA BENEDICTO BURANA.

Rotulus Hiſtoricus circa Annum 1070. exaratus.

. . . . . portantes de loco ubi - - - - - - ſuos inciſione pedum & manuum ſubito cecidiſſe. Viſa itaque - - - - - - ſione, juſſerunt Eccleſiam ædificare, loco illo, quo volucres innocuos alienosque ab omni felle, quod eſt amaritudo peccati, videbant ligna portare. Perfecta itaque eccleſia, adjunctoque monaſterio, viaque parata euntibus ad eundem locum ſupra paludem, juxta fluvium ſupra dictum *Liubyſaha*, ſuper quod pontem erigere juſſerunt, atque omnibus, quæ iſte locus expetebat, rite peractis, ſub die V. Id. Julii: idem in muris & in ædificiis atque aliis ornatis que ad Eccleſiaſticum pertinebant locum; nihilque aliud expoſcebat niſi benedictionem Pontificis. Poſt hæc etiam ſtatuerunt Eccleſiam ædificare in loco *Aſcahi*, qui nunc dicitur *Chochalum*, ubi ſoror eorum, *Kailswindis* nomine, partem prædii ſui traderet, & ſemet ipſam in ſervitium Chriſti conſtitueret. Perfecta itaque hac Eccleſia ſupra dicta, ſtatuerunt aliam Eccleſiam in *Slechdorfenſi* loco, adjunctoque monaſterio, ubi vir venerandus W. partem ſui traderet pro commemoratione ſui, ſive ad ſervitium Chriſti. Poſt hæc, communi conſilio ædificaverunt iterum Eccleſiam in *Staphalaſtagna* loco, adjunctoque Cœnobio, ubi pro commemoratione ſui beatiſſimus vir ELIL. partem prædii traderet ad ſervitium Chriſti. Poſt hinc beati viri L. W. E. congregatis undique Monachorum agminibus, nec non Sanctorum reliquiis, ſeu librorum divinorum, id eſt Veteris & Novi Teſtamenti mul-

multitudine, cum conſenſu *Thaſſilonis Ducis*, ac cum *Provincialium Epiſcoporum* conſilio, maximeque Auguſtenſis Epiſcopi Wicterpi valde venerandi viri, iter arripiebant in Franciam proficiſcendi ad ſanctum virum Moguntiacenſis civitatis Archiepiſcopum Bonifacium, ut ipſius benedictione ſancti Benedicti Eccleſia dedicetur in Pura, ſemet ipſos & in ejus magiſterio voluiſſe conſtituere dicerent, ſuaque omnia mobilia & inmobilia illi tradere, præter illa quæ ſupra dictis Eccleſiis volebant tradere. Hoc etiam impetrarent ut ſupra dicta loca ab omni ſervitio, *Regio more*, aliena efficerentur. Sanctus vero Bonifacius Archiepiſcopus, comperto adventu tantorum virorum, lætificatus eſt in Domino, ac cum omni ſubjectione humilitatis miniſtrabat, ac deinde de adventu illorum ſciſcitatus eſt: pro qua re tanti iter ſpacii arripuiſſent. Qui apperientes voluntatem ſuam ſancto B. Archiepiſcopo dicentes: Nos peccatores & indigni habemus ædificatas Eccleſias in locis prædiorum noſtrorum; in loco Pura unam ædificatam habemus, junctoque monaſterio; aliam in loco *Chochalon*, quam huic loco ſupra dicto ſubjicere volumus; terciam in *Slechdorfenſi* loco; quartam in *Staphalaſlagna* loco atque in *pago Houſi* ſitas, cum *conſenſu Thaſſilonis Ducis*, ac Wicterpi Auguſtanæ Civitatis Epiſcopi. Has volumus, & obnixe flagitamus ut a veſtra almitate benedictionem mereantur accipere, ac *regali carta*, veſtra interceſſione, libera eſſe conſtituantur. Audiens hæc ſanctus vir Bonifacius lætificatus eſt in Domino, *ſimulque regibus venerabilibus Karlmanno ſcilicet atque Pippino* intimavit eorum voluntatem, atque ab ipſis privilegiis acceptis, ſuper ſupradicta loca, cum omnibus appendiciis ſuis mobiliis & inmobiliis quos tunc haberent vel poſtea adquiri potuiſſent. Juſſione quoque ac licentia ſupra dictorum Regum K. P. vel venerandorum virorum peticione L. W. E. ſororis illorum K. venit in Provinciam Noricorum, menſe Octobris, dedicavit Eccleſiam in loco Pura, in honorem S. Benedicti, Jacobi Apoſtoli,

XI.

XI. Kal. Novembris, ac de ſanctis Reliquiis ejus in ea collocavit, ſanctorum aliorum, cujusque, quorumque ſuffragiis usque hodie adjuti ſumus & efficatia ſignorum quæ per ejus eorumque interceſſione ſepe contingebant, lætati ſumus. Mulieribus quoque ingreſſum Templi penitus abdicavit.

Ipſa namque dedicationis die venerandus vir Lantfridus tradidit de ſuo jure in jus ſancti Benedicti quicquid habebat prædiorum, familiæ utriusque ſexus ac omnium mobilium & inmobilium ad ſervicium Chriſti, pro commemoratione ſui Parentumque ſuorum vel omnium Chriſtianorum, ad altare ſupra dictum pago Houſi ſitum; Inprimis *ſponſalia prædia* tradidit in villa quæ *Antheidorf* vocitatur, cum omnibus appendiciis ſuis ac Nemore eidem loco adjacente; ab oriente vero incipiente, id eſt in fluviolo Zidizbach; deinde usque in magnum fluvium Yſaram, ac deinde in campum medium Walagonva, atque inde recto curſu in Panchſteta, ac deinde Uzalunphurt, indeque in medium Enhiepoz, atque inde in Hubechouwa, nec non in Hubechſtangu, atque in Radinuſo quod eſt in campum Seshoipit, indeque in paludem magnum Wynydouva dictum, inde in Lidizbach. Iſte eſt nemus qui ſpecialiter pertinet ad altare S. Benedicti in loco Buronenſi ſitum nec non in pago Houſi. Iſtum dedit L. ad altare ſupra dictum, aliaque prædia dederunt fratres ejus W. nec non ELIL. ſororque illorum Kayl. Sed etiam ipſe ſupra dictus & ſepe dicendus beatus Lanf. inprimis Chochalon cum appendiciis ſuis, Nydigeltinga ſcilicet & Otil cum appendiciis ſuis, id eſt ubique jacentium prædiorum, ac deinde Santonwa cum omnibus appendiciis ſuis, id eſt circumjacentium prædiorum, iterum Emeheringun cum jacentium prædiorum, ac deinde Dutringun cum appendiciis ſuis, id eſt Kararshuſa aliisque prædiis, deinde Mounigiſingun cum appendiciis ſuis id eſt circumjacentium prædiorum,

ac deinde Uſinga cum appendiciis ſuis, Altheim ſcilicet cum omnibus appendiciis ſuis; in Halla quinque loca ad confectionem ſalis dedit, nec non in Pozani dederunt prædia vinearum ſuarum ad idem altare ſupra dictum. In Samilaga vero ſex Houbas dederunt ad altare S. B. alia quamplurima, quod longum eſt cuncta replicare. Que omnia ſi huic loco ſervirent, Monachis L. ad cottidianum victum ſufficerent. Ipſa namque die depoſitis ſecularibus rebus Monachicum habitum ſuſceperunt a S. Bonifacio Archiepiſcopo ante altare S. Benedicti ſcilicet Lantfridus W. ELY. ſororque illorum Kail: Ex his Lantfridum venerandum virum Abbatem huic loco aliisque locis ſupra dictis, quos huic loco & Abbatis regimine ſubeſſe voluerunt, conſtituerunt ipſa eadem die ſupra dicta, ſuper Monachos quos ex diverſis aggregaverant provinciis, CL. venerandos viros. Erant namque ſupra dicti viri L. W. ELY. ſororque illorum K. docti lege divina; ſciebant proferre nova & vetera ſuis auditoribus. Acta ſunt hæc in præſentia S. Bonifacii Archiepiſcopi Mogontiacenſis Civitatis, Thaſſylonis hujus Provinciæ Ducis, ſeu Wicterpi Auguſtanæ Civitatis Epiſcopi, nec non hujus Provinciæ Epiſcopis, Presbyteris, Diaconis, Clericisque aliis, ſeu multitudine fidelium Chriſtianorum, feliciter in Domino. Amen.

Thaſſilo Dux Bajoariorum dedit ad altare ſancti Benedicti Monitiſtat cum omnibus appendiciis ſuis, in proprietatem cum Eccleſia aliisque ædificiis illic inſtantibus. Poſt hæc multi ceperunt ſe ſubdere ſupradicto viro, prædiaque ſua tradere ad altare S. Bened. & a pluribus cognominatus eſt bonus Lanzo. Ex quibus qui prædia ſua tradiderunt ad altare S. Bened. eſt *Comes Engildeo*, qui mutavit ſecularem habitum, accepit monachicum habitum ante altare S. Bened. ab Abbate Lantfrido; prædiis ſuis traditis ad eundem locum ſupradictum pro commemoratione ſui. Idem

villas

villas Pancinga, Moulihouſa, Piringa, Umbindorf, Salihedorf, Scondorf, cum omnibus appendiciis ſuis, in præſentia Lantfridi *Abbatis* fidelium teſtium. Lantfridus venerandus Abbas poſtquam omnia rite ordinavit, id eſt ſingulis locis Monachos inſtituit. Inprimis in Buronenſi loco L. Monachos ſervitoresque S. Bened. conſtituit; in Slehedorfenſi Monaſterio XXV. Monachos inſtituit; in Staphalaſtagna Monaſterio XXV. Monachos inſtituit; in Jeſcinisprunnun XXV. Monachos ordinavit; in Santouwa XXV. Monachos inſtituit; in Chochalenſi Monaſterio XXV. ſanctimoniales; in Pollinga Monaſterio S. Salvatoris XXV. ſanctimoniales inſtituit. Quorum omnium tantam curam habuit, ut in Dominica die Capitulum faceret in Cœnobio S. Benedicti confeſſoris, feria II. in Chochhalenſi loco; feria III. in Slehdorfenſi Monaſterio; feria IV. in Staphalaſtagna Monaſterio; feria V. in Jeſcinisprunnon; feria VI. in Santouwa Eccleſia; Sabbato, in Pollinga Monaſterio S. Salvatoris. Sic rexit Pater iſte Lantfridus Monaſteria iſta ſupra dicta per XXV. annos, ac die Vigiliæ translationis S. Benedicti, id eſt VI. Id. Julii migravit ex hac luce, & circumſtantibus fratribus & diſcipulis, die translationis ſancti Benedicti ſepulture traditus eſt a ſancto viro Wicterpo Auguſtenſi Epiſcopo. Atque ejus loco ordinatus eſt Abbas venerandus beatus Waldrammus.

Iſte Pater Waldrammus, acceptis locis ſupra dictis, inpendit illis curam ſui laboris, nec declinavit a doctrinis fratris, ſed juxta omnia præcepta ſua ambulavit. Hæc faciendo fama illius late diffamata eſt, & multi ejus precibus ſe commendantes & prædia ſua illi tradentes ad altare S. Benedicti. Kyſila regali genita ſtemmate dedit ad altare S. Bened. quicquid proprietatis habebat in villis Goulsinga, Buuhe, Liveiſtat, una cum Eccl. aliisque ædificiis illic inſtantibus, & cum omnibus appendiciis eorum, de jure ſuo in jus S. Bened.

pro commemoratione ſui, in præſentia Wald. Abbatis fidelium, que teſtium; aliique multi locum S. Benedicti augebant prediis ſuis, temporibus ſuis; & per XXXIX. annos rexit hunc locum locaque ſupradicta, & die Vigiliæ depoſitionis S. Scolaſticæ Virginis ſororis S. Bened. migravit ex hac luce, id eſt V. Id. Febr. & ab Epiſcopo Auguſtenſi ſancto viro Sintberto adpoſitus eſt juxta fratrem ſuum beatum Lantfridum, ipſa die poſitionis S. Scolaſticæ Virginis Chriſti. Atque electione Epiſcopi Sintperti & fratrum congregationis S. Bened. ordinatus eſt in locum ejus venerandus vir Elylandus Abbas, id eſt IV. Id. Februarii.

Iſte vir Ely. erat doctus lege divina & dignus tanto honore, & per omnia imitans exempla majorum & fratrum ſuorum. Inimicus autem humani generis invidens quieti illius, accendit contra illum malignos homines III. fratres, *Reg. Kag. Kyſ.*, qui diſtrahere cupiebant a ſupradictis locis prediis divino cultui mancipatis, de iſto Buronenſi loco nemus invadere ceperunt quod ſpecialiter ad altare S. Bened. datum fuit, a venerando viro Lantfrido. Quibus caſibus turbatus ſupradictus vir Ely. mittens ad Imperatorem piiſſimum Karolum; intimans ei quæ ab hiſtis malignis hominibus patiebatur mala. Hæc audiens Imperator Karolus juſſit Duci Provinciæ N. Kyſ. atque Hantone Epiſcopo, ut ſuum judicium haberent cum his malignis viris, uti loca divino cultui mancipata a venerandis viris L. W. Ely. invadere prohiberent. Statim nam juſſione Imperatoris ſtatutum eſt judicium in villa quæ Egolvinga dicitur, cum his viris qui loca S. Bened. maligne uſurpare ſtuduerunt; quibus victis a viri Dei ſermonibus Ely. in ſupra dicto loco, dederunt ſinguli de ſemet ipſis pro panno in manus Kyſ. ducis atque Hantonis Epiſcopi XL. ſolidos, Elyl. Abbat XII. ſolidos. Imprimis Reg. dedit pro panno XL. ſolidos in Dominico, XII. Elyl. Abbate. Deinde Kag. dedit pro panno XL. ſolidos in Dominico,

XII.

XII. Ely. Abbate. Ac deinde Kyſ. dedit pro panno XL. ſolidos in *Dominico*, Elylando Abbate XII. ſolidos. Iſtis viris ita victis loca divino cultui mancipata quieverunt tempore Elilandi Abbatis. Poſthinc quoque multi nobiles viri dederunt predia ſua Elilando Abbate ad loca ſupra dicta, pro commemoratione ſui. Ex his Merigozus Diaconus dedit ad altare S. Bened. ſitum in *pago Houſi*, quicquid proprietatis habuit in villa quæ Machtolvinga dicitur, id eſt Eccleſiam cum curta & edificiis illic inſtantibus, una cum omnibus appendiciis ſuis mobiliis & inmobiliis, ac ſemet ipſum tradidit ad ſervitium Chriſti & S. B. & libros ſuos tradidit ad eundem altare; Ipſeque in die qua hæc fecit, Monachicum habitum accepit ante S. Bened. altare. Karolus quoque Imperator effectus, ſicut notum eſt, cepit in amicitia magna habere Ely. Abbatem Monaſterii in loco Pura dictum, ac Monachos S. Bened. omnesque Monachos ſub magiſterio S. Benedicti viventes ſatis diligebat; atque idem Puronenſem locum augebat libris illuc traditis Novi ac Veteris Teſtamenti, quos per Capellanum ſuum corrigit, & caro ſuo miſit Elylando Abbate, regulamque S. Benedicti Patris de ipſo Codice, quem ipſe ſuis ſanctis manibus exaravit, tranſcriptam direxit cum S. reliquiis ejus, brachio ſcilicet ipſius, privilegia Monachis dedit. Et ut illius conceſſionis ingenuitas firma perſeveraret omni tempore, ſigilli ſui impreſſione juſſit ſigillari. Libri, quos ad altare S. Bened. dedit, ſunt due Omelia, una de adventu Domini usque in Paſcha, & altera in adventum Domini de Paſcha, in quibus juſſit ſcribi ſermones diverſorum Patrum, Diaconoque ſuo præcepit emendare eas, ne Eccl. S. Bened. mentiri in aliquo videretur a quibusdam loco. Tunc namque tempore Eccleſia S. Bened. erat plumbeis tegulis tecta, in iſto Buronenſi Cœnobio ac diverſis erat decorata modis. His namque beatus Elilandus Abbas cepit grandævu eſſe plenusque dierum; correptus eſt languore, in quo migravit ex hoc mundo, vigilia S. Ma-

riæ

riæ ſemper Virginis, ac ipſa aſſumptionis die ſepulturæ traditus eſt, poſitusque eſt ad fratres ſuos & Patres, juxta Eccleſiam S. Bened. XVIII. Kal. Septembris. Rexit quoque beatus Elilandus Abbas iſtum locum per annos XIX. ſicut muro in iſto invenimus ſcriptum, ſtudio Diſcipulorum ſuorum:

Epitaphium quoque illorum lacrimabiliter hic eſt ſcriptum.

Mors atrox nullum conſumere parcit Homullum.
Quisque ſolo degit debitor hujus erit
En tres Abbates meritis & germine fratres,
Muro defuncti ſunt modo ſuppoſiti.
Hi, dum vixerunt, hoc Cœnobium ſtatuerunt.
Multos Theſauros cui dederant & Agros.
Ex his Lantfridus cluit Abbatis vice primus.
Qui vir perprudens hic bona plura ſtudens.
Jam ſextas Julius menſis dum continet idus
Exutus carne debita ſolvit Adæ.
Frater Waldrammus cui ſucceſſit venerandus
Huc qui contulerat quodque boni poterat.
Idus at februi quinis de carcere mundi
Emigrans, animam reddidit ille piam.
Tunc Eliland fratrum ſuſcepit municipatum
Germanos geſtis æquiparando bonis.
In nonis-decimis Septembris & ipſe Kalendis
Mortuus eſt membris, victitat aſt meritis.
Nec non credentes hæc talia ſcripta legentes
Hos Chriſto ſtatui poſcite luce poli.

Elylando Abbati ſucceſſit Hrimgrinus Abbas. Iſtoque defuncto ſucceſſerat Erpfmannus Abbas. Ejusque loco ſucceſſerat Yrolf Abbas. Cuique venerando ſucceſſerat Inelport Abbas. Hi

IV.

IV. viri extra decretum Lant-Wald. Elyl. & placitum ſive electionem Congregationis S. Bened. fuerant in iſto Cœnobio conſtituti. Hringrinus ſepultus eſt in Staphalaſtagno Monaſterio; Erpſmannus in Ratisbonenſis Civitatis Monaſterio ſancti Emmer. ſepultus eſt. Yrolf in Slechdorfenſi Monaſterio ſepultus eſt; Snelport Abbas hujus loci in Jeſcinisprunnun monaſterio ſepulturæ traditus eſt. Qualiter vel quomodo iſtud monaſterium rexerint, minime compertum habemus; ſed tempore ejusdem Snelborti Abbatis, quidam Monachus hujus Cœnobii venerabilis vitæ fuit, nomine Adalunc, Presbyter & Monachus, qui dixit ad fratres congregationis S. Bened. cum in proximo jam eſſet venturus: Scitote fratres, Monachorum ordinem in adventu Snelborti Abbatis finitum eſſe; Si mihi non vultis credere, erit hoc vobis ſignum, me ex hac luce hodie migrare; quod etiam eveniebat. Et hoc addidit: Cituitas illius nominis indicium eſt loci hujus deſtructionis. Hæc dicens, fratres intraverunt cum illo eccleſiam, ad ſuſcipiendum, ſicut mos eſt, novum Abbatem; ipſe ſupradictus vir Adalunc proſtratus ante altare S. Bened. emiſit ſpiritum, XVII. Kal. Decembris: ſepultus eſt juxta domum Abbatum L. W. Ely. Aliud quoque portentum contigit non longe poſt hæc; nam Monachus illius quem ſecum adduxerant, qui & frater, ut dixerant, illius carnis exſtitit, egrediens Cœnobium S. Bened. inconſueta hora, in nemus, quod juxta eccleſiam fuit, a cervo percuſſus interiit; hoc usque hodie a ſecularibus hominibus dicitur. Inſuper etiam tempore ipſius, ut frater noſter ſupradictus Adalunc prædixit, Domino odibiles & maligni homines Hungarii intraverunt provinciam, cuncta devaſtantes, eccleſias & monaſteria Monachorum & Virginum depredaverunt, ac poſtmodum incendio ignis cuncta conſummaverunt. Tunc quoque & iſtud Cœnobium S. Bened. incendio tradiderunt, & omnia ornamenta illius tulerunt, Monachos hujus loci alios igne, alios gladio perimerunt, familiamque S. Bened. longe per Provin-

cias diſperſerunt; Snelbor Abbas fugit in Jechſcinisprunnum monaſterium, defunctus eſt ac ſepultus illic. Tunc namque iſtud Cœnobium S. Bened. ſine Rectore fuit IX. annis, præter Dominum Perhtricum Presbyterum & Monachum, & Sintpertum Presbyterum qui, alterna viciſſitudine, in Italiam amboulantes, indeque annonam humeris ſuis ſecum portantes, ſanctoque B. ſervientes. Poſtquam occiſi ſunt Hungarii a Bajoariis, itaque provincia cœpit habitari: Tunc ſupradictus vir Perhtricus iſto loco manſit ſolitarius; bonæ memoriæ vir Sintpertus villam Bibirbach cœpit habitare, & Perhtrico in iſtum locum miniſtrare. Tunc Deo largiente, quidam probus nomine *Wolfdio* impetravit ab Imperatore *Ptpnf.* a) ſibi conmitti iſtud Cœnobium S. Benedicti, quod & impetravit, adjuvante S. Oudalrieo, Auguſtanæ civitatis Epiſcopo. Conſtitutus namque Dominus hujus loci ſupradictus vir Wolfdio Presbyter, omnia bona, quæ potuit, hic agere ſtuduit. Nam locum iſtum ampliavit, datis huc prædiis ſuis ad altare S. Bened. ſcilicet quicquid proprietatis habuit in villis Yneringa & Sindilisdorfa, cum appendiciis ſuis nec non ſervis & ancillis, ex quibus fuit Rihholfus, qui ſucceſſor illius poſtmodum exſtitit. Poſtquam crevit Rihholf, Dom. Wolfdio impetravit ab imperatore *Ptpnf.* b) illum habere ſucceſſorem, ipſeque ſpretis cunctis hujus ſeculi voluptatibus, Monachicum habitum ſuſcepit ante altare S. Bened. ac jejuniis & vigiliis & orationibus per VII. annos poſtmodum vacans, vigilia S. Martini Ep. migravit ex hac luce in Domino Amen.

Rihholf hujus loci Dominus, omnibus modis ſtudebat iſtum locum ornamentis decorare; inprimis eccleſiam majorem fecit adjuncta cripta, atque ſanctum Oudalricum Epiſcopum Auguſtenſem in hunc locum vocavit venire, eamque dedicare: ſub die VII. Kal. Octobris dedicata eſt. Poſthinc maligni homines, abſente Imperatore, Gaminolfus ſcilicet & Unarogus Comites tulerunt

a) Ita in autographo, pro *Ottone.* b) Ottone.

lerunt quicquid ad locum S. Bened. prædiorum pertinebat, militibusque ſuis diſtribuebant, dicentes ſibi ab Imperatore datum eſſe. Sic veniebat predium S. Bened. in manum malignorum hominum. Ipſorumque tempore Perhtrihcus Presbyter & Monachus ſupradictus migravit ex hac luce XII. Kal. Februarii: martyriſatus eſt, videns dolorem qui veniebat ſuper Cœnobium S. Bened. ab Ungariis, & a malignis hominibus Gaminolfo & Unargo, qui defenſores debebant eſſe monaſt. S. Bened. Poſtquam Rihholf iſtud Cœnobium multis annis rexit, defunctus eſt IV. Id. Junii. Cui ſucceſſit Reginpertus ejusdem familiæ, qui ſtuduit quicquid boni potuit. Ejus quoque tempore amplificatus eſt Clerus S. Bened. quem ipſe nutrivit: uxorem namque habuit familiæ *S. 1fRtxlkuk* c), ex hac filium genuit, litterisque imbui fecit nomine *Adalbfrpnfm* d). Qui cum vir factus eſſet, cœpit magis amare Cœnobium S. Bened. quam ſancti T. e) & ex eo contigit ut corpus illius inde huc transduceret, X. Kal. Decembris, neſcientibus Clericis S. Bened. neque Patre ſuo Domino Reginperto. Cumque cognoſcebant ſancti Martyris corpus in iſtud Cœnobium ventum eſſe, lætati ſunt; & interim, usque dum cogitarent ubi illud collocarent, in Sarcofago collocabant, ſuper altare S. Bened. ponebant. Illoque regrediente in Slehedorſenſi loco ad Magiſtrum ſuum HERI. Clerici hujus loci ſcilicet Frid Reginf. Cump. cum aliis fratribus, tulerunt caput & majora quædam oſſa, excaveato Lapide impoſuerunt, loco mundiſſimo collocabant, neſciente Adalberone. Poſt hæc quoque obiit Reginbertus hujus loci Dominus XVI. Kal. Octobris. Cui ſucceſſit Ratoldus ex Friſingenſi Caſtello nobilis vir. Supradictus vir Adalbero litigavit cum ſodale ſuo Slehedorſenſe Clerico, qui dixit ad illum: tace Adalbero, tace, dominum tuum ſanctum *Tfrtxlkuxm* f) habes furatum. Ex his verbis contigit ut Adal-

 bero

c) TErtUlInI. d) Adalberonem. e) Tertulini id eſt Slechdorff. f) Tertulinum.

bero tolleret oſſa quæ remanſerant, portaretque in Slehedorfenſem eccleſiam, collocavit loco quo tulit ea, confitens peccata ſua Heri. qui promiſit illum non publicare Epiſcopo ſuo; qui aliter faciens dixit Epiſcopo Goteſcalcho furatum eſſe corpus S. T. ab Adalberone. Qui Epiſcopus ſupradictus juſſit ſarcofagum argenteum fabricare & oſſa, quæ ſupra dicta ſunt, in eo collocare, dicens alia, quæ in Buronenſi loco remanſerant, cum vi tollere. Supradictus vir R. hujus loci Dominus deſcendit ad Epiſcopum in Slehdorfenſe Cœnobium, dicens, ſe pro certo ſcire nihil in monaſterio S. Bened. eſſe reliquiarum ſancti T. Martiris. Credidit ipſo Epiſcopus Goteſcalchus unde veniebat, ut omnes dicerent corpus totum eſſe in Slehedorfenſi loco S. Tfrtxlknk f). Dominus Ratoldus hujus loci omnia bona, quæ potuit, hic agere ſtuduit; prædium ſuum in Wacreinna dedit ad altare S. Bened. poſtquam in eccleſia S. Bened. ante altare illius ambulare greſſum recipiebat. Eccleſiam in Atrio S. Bened. in honore S. Mariæ fabricavit. Sarcofagum argenteum, quod ſuper altare S. Bened. ſtat, fabricavit, cum capſis circumquaque ſtantibus, cruces duas fabricavit, ſcriniolum & thuribulum patravit; Miſſalem librum dedit ad altare S. Bened. multaque bona alia fecit hic. In Friſingenſi loco obiit II. Kal. Septembris. Cui Taginus ſucceſſit, & ipſe nobilis, & non plus rexit hunc locum quam dimidium annum; Moguntiacenſis Archiepiſcopus eſt conſtitutus. Cui venerandus ſucceſſit Adalbero familiæ S. Bened. qui a multis cognominatus fuit, propter induſtriam ſuam, vas librorum; bona, quæ potuit, hic agere ſtuduit; nihil a Cœnobio S. Bened. alienavit. Hæc agens VI. Non. May migravit ex hoc ſeculo.. Cui venerandus ſucceſſit Dominus Reginpertus, qui iſtud Cœnobium rexit, ut S. Bened. decuit. Prædium ſuum ad altare S. Bened. in villa Bolzinwanc dedit coram teſtibus. Propter ipſius peticionem & interceſſionem Brunonis Epi-

ſcopi

f) Tertulini.

ſcopi Augusteuſis Civitatis, dedit Heinricus bonæ memoriæ Imperator ad altare S. Bened. quicquid S. Bened. habet in villa Hohſtat, Ettinhofa, Tumindorf, Wanilihouſa, Tumindorf, Halthein. Propter petitionem Chounradi Imperatoris, ipſe ſupradictus vir Dominus Reginbertus permiſit in iſto Cœnobio S. Bened. Monachos iterum ordinare, ac regimen hujus loci a ſe dedit in manum Chounradi Imperatoris, & ab ipſo accepit Eccleſiam S. Mariæ, quæ eſt in Atrio S. Bened. cum appendiciis ſuis, una cum annona ſua. Cui ſucceſſit Ellingerus Teginrinſeenſis Monaſterii Abbas, & iſtum locum rexit unum annum, atque ad altare S. Bened. dedit dalmaticam unam, ſubdile unum, ſtolas & albas & libros, regulam S. Bened. Martyrologium, ſecundum compoſitionem Bede Presbyteri, Antiphonarium unum, Pſalterium unum, & ipſe a ſe dedit regimen hujus Cœnobii in manum Chounradi Imperatoris; atque ab ipſo Imperatore ſucceſſorem accepit Monachum ſuum, valde venerabilem virum nomine Gotahelmum. Anno ab Incarnatione Domini MXXXIII. conſtitutus eſt Abbas hujus loci venerandus & Domino dignus & Cœnobio S. Bened. neceſſarius Dominus Gotahelmus, die II. Kal. Octobris. Poſtquam ille beatus ſuſcepit regimen hujus Cœnobii; ſtuduit illud reparare in id quod fuit; inprimis regulam S. Benedicti docuit obſervare, Monachosque huic loco nutrivit, ipſeque jejuniis & vigiliis vacabat & orationibus, ita tamen ut pene nulla vigilia præteriret ſanctorum feſtivitatum, quâm non jejunio veneraret, & IV. feria VI. feria jejunaret. Multos labores & perſecutiones ſuſtinuit a Clericis ante ſervitoribus S. Bened. & ſui quoque fratres ex congregatione S. Quirini deſeruerunt illum, & ipſe peregrinus in hoc loco perſeveravit usque ad exitium vitæ ſuæ, ſerviens Domino & ſancto Benedicto, confeſſus Chriſtum. Studium habuit operandi manibus ſuis quod neceſſarium fuit, maxime retia ſua. Ipſius quoque tempore, Domino largiente & cogente, converſus eſt Dominus

Reginpertus, atque ante altare S. Bened. Monachicum habitum ſuſcepit. Kal. Novembr. Accepto itaque monachico habitu, Dominus Gotahelmus anteceſſore ſuo, ſupradicto viro, hordinem dignum conſtituit, vereque fundamentum illum poſuit hujus Monachicæ vitæ, Decanum illum ordinavit. Qui ſuſcipiens regimen ſecundum regulam S. Benedicti, & ſecundum præceptum Domini Gotahelmi Abbatis, docuit ſemet ipſo, vacans die noctuque, jejuniis & vigiliis & orationibus: ita tamen ut nulla hora, præter quando refectionem corporis accepit, aut quando laſſa membra ſomno dediſſet, ab ejus ore oratio Pſalmorum ceſſaverit. Hæc exercitio fuit Domini Reginperti poſtquam Monachicum habitum ſuſcepit, per annos XV. & obiit III. Id. Februarii. Iſti ſunt ſervitores S. Benedicti quos Dominus Gotahelmus Abbas in hunc locum congregavit; inprimis anteceſſorem ſuum hujus loci Dom. Dom. Reginpertum, Adalpertum, item Adalpertum, Oudalmannum, Reginpertum, Adalpertum, Burchardum, Diotricum, Diothericum, Goteſchalchum, Adalwardum, Gotahelmum, Albricum, Meginhardum, Rihhaldum, Irminhorium, Adalricum, Ottonem, Oudalricum, Meginhardum, Engilmarum, Burcwardum, Sygymarum, Engilberonem, Perhtericum, Engilberonem, Gotahelmum, Maginhardum, Engildeonem, Ruotpertum, Jacobum. Iſti ſunt inſtitutores hujus loci, ideſt Monachicæ vitæ. Hos omnes Dominus Gotahelmus Abbas nutrivit ex pueris preter VII. viros R. A. A. R. B. R. M. Iſtud monaſterium reparavit cum iſtis adjutoribus, id eſt quicquid muris circumdatum vides; illius gratia & labore deputare debebitis res Eccleſiaſticas, id eſt Albas cum humeralibus & cingulis L. acquiſivit, XII. inveniebat, ſtolas optimas XX. adquiſivit, caſulam unam, X. caſulas inveniebat. Cappas VII. adquiſivit, III. inveniebat; Tapetes IV. adquiſivit, unum inveniebat; velamenta II. adquiſivit, II. inveniebat; Calices V. patravit, III. inveniebat; Facitergia II. acquiſivit, II. inveniebat; cruces III. patra-

patravit, II. inveniebat; Candelabra II. patravit, XII. inveniebat; Thuribulum I. patravit, I. inveniebat; veſtimenta ſediliorum IX. comparavit, unum inveniebat; libros quoque patravit plurimos; multos ſcripſit, multos comparavit: in ſenectute ſua moralia Job patravit, per Monachum ſuum Adblpfrtxm g) inſcripſit; campanas VII. adquiſivit, unam Herirandus Abbas Tagaranſeenſis huc dedit, tempore ipſius, ad altare S. Benedicti. Tabellas Altarium comparavit; unam Dominus Reginpertus comparavit quæ ante altare S. Benedicti eſſe videtur. Prædia quoque plurima Dominus Gotahelmus ad altare S. Bened. adquiſivit; alia comparando, alia fratres pro annona ſolvenda dederunt, alia pro Elemoſina accipiebat a Chriſtianis hominibus; nullum annum præteriit, quin aliquod prædium ad altare S. Benedicti adquireret. Interceſſione ipſius Heinricus Imperator dedit ad altare S. Benedicti Chochalun, Orta, Pura, Puhila, cum appendiciis ſuis, & familia utriusque ſexus, cum Imperiali carta tradidit ad ſupra dictum locum. Fautores Gotahelmi Abbatis erant boni Chriſtiani viri ad adquirendum ſupradictum prædium ad altare S. Bened. Altmannus, ſcilicet, venerandus Abbas Eberiſpergenſis monaſterii; Adalberonus namque qui illud in Beneficium de iſto loco ſuſcepit, Rihlindis Chriſtianiſſima Comitiſſa ejusdem ſupra dicti prædii Domina. Hæc & alia multa bona adquiſivit Dominus Gotahelmus Abbas ad cœnobium S. Benedicti in pago Houſi ſitum. Cum eſſet Gotahelmus XX. annos hujus loci Abbas, Nitkerus Friſingenſis Epiſcopus impetravit ab Imperatore ſupradicto Heinrico ſibi committi Dominum Gotahelmum & Abbatiam Buronenſem in ſervitium, neſciente illo. Hæc quoque cum impetraſſet, dixit ad Dominum Gotahelmum callide, ut cum illius licentia & permiſſione ſibi liceret in Buronenſi villa ædificia ſua erigere. Hoc rennuit Dominus Gotahelmus, neque ædificia fabricare permiſit, nec ſervitium impendere

volpit;

g) Adalpertum.

voluit; nec ad illum utrumque veniebat, nec ille huc umquam venerat; ſed in Ravennam deſcendit, juſſione Imperatoris, ipſo anno quo hæc contigit, & in ea, ſubitanea morte, defunctus eſt & in flumen projecerunt corpus ejus Ravennenſes cives, ſicut ad nos venit ex relatione ſuorum. Poſt hinc quoque Dominus Gotahelmus, cognito ejus obitu, deſcendit ad Imperatorem ſupradictum Heinricum, rogans pro libertate Abbatiæ S. Benedicti, qui ſuſceptus eſt gratiſſime, & dimiſſus eſt ab Imperatore cum privilegio libertatis. Poſthinc nullus hominum mortalium auſus fuit concupiſcere iſtud Cœnobium. Ipſe autem Gotahelmus domum regrediens continuavit omnia bona ſua ſtudia, & iſtum locum omnimodo decoravit. Ejusdem ſtudii fuerunt omnes Monachi illius circa iſtud mo . . . . .; alii ſcribendo, alii libros comparando, alii adquirendum prædium huic loco ſtudebant; alii ſorores & ancillas adquirebant; manibus ſuis alii operabantur, quod neceſſarium fuit ad monaſterium S. Benedicti; alii ſecularia officia facere ſcientiam habebant. Nullus illorum fuit qui aliquid boni ad iſtud locum non feciſſet. Ex his viris erant alii ſtudium habentes reliquias ſanctorum in hunc locum congregare, quantum potuiſſent, juſſit hoc illis habere ſtudium Dominus Gotahelmus Abbas: Inprimis fuit venerandus Monachus Reginpertus ex laico converſus, qui rogando Epiſcopos & . . . . .

Cætera deſunt.

Unargus hujus loci deſtructor.
Hengildeo hujus loci defenſor.
Arnoldus hujus loci defenſor.
Irminkardis comitiſſa.
Henticus hujus loci defenſor.
Adalber hujus loci defenſor.
Oudalſcalch hujus loci defenſor.

Frido-

Fridericus Comes defenſor.
Abrahamus Epiſcopus.
Oudalricus Comes hujus loci defenſor.
Chunradus hujus loci defenſor.
Adalbero Comes.
Rihlindis Comitiſſa.
Altmannus Abbas.
Welf Dux.
Otto Comes.
Sikko.
Chunradus Comes.
Nickerus Epiſc. qui ſubitanea morte extinctus eſt in Ravenna civitate, deſtructor libertatis Cœnobii S. Benedicti.
Judita Duxatrix defenſatrix hujus loci.

Iſti ſunt qui prædia S. Benedicti in beneficium acceperunt vel qui defenſores illius mali vel boni exſtiterunt, id eſt ſæpedicti viri & fœmine.

Chronicon Benedicto-Buranum
circa 1150. compoſitum.

Anno ab incarnatione Domini DCCXL. indictione VIII. ſub Zacharia Papa, Rege Karolo patre Karlomanni & Pippini, tempore quo S. Bonifacius Mogoncienſis Archiepiſcopus, in Francia, Freſia, Auſtraſia, Bawaria, fidem Chriſti ſeminabat; cum

jam eccleſie & monaſteria in his partibus conſurgerent, locus iſte a ſolitudine invia & condenſa ferarum cavea, divino eſt nutu & amminiculo habitabilis effectus. Cujus conditores & cultores primi fuerunt tres fratres, viri clariſſimi, Lantfrid, Waldram, Ellilant, tam virtutum quam divitiarum dignitate inclyti Primates Regni, & predicti Regis Conſobrini. Qui cum de rerum ſuarum abundantia pauperum peregrinorum maximeque ſpiritualium, utpote religioſiſſimi, ſtuderent inopiam ſupplere; prefati Antiſtitis, circumquaque predicantis, crebra viſitatione ſunt plenius inſtructi. Itaque tanti Patris noticiam venerantes, & amicitiam operibus declarantes, ad perfectionem Evangelicam, que ſola ſupererat, omnia relinquendi, & crucifixum ſequendi pertingere ſunt conati. Itaque cum circa fluvium Livbiſaha habentes predia, & in villa Antorf ejus confinio pulcherrima domicilia venationibus adjacentis nemoris, pro conſuetudine, aliquando exercerentur, cuncta perluſtrantes, inter frondoſe umbracula ſilve, ad ſempiterna Paradyſi virecta ſuſpirabant; & quia jamdudum ſeculi naufragium evadere ſtatuerant, placuit eis ad conceptum negocium, converſionisque diverſorium perfecte, terre ſitus & amenitas; juſſeruntque ſtatim, extirpatis frutectis, prope rivum Kalomonbach habitationem ſibi adjuncta baſilica conſtrui. Quem quod locum ſibi Dominus non elegit, ſignorum indicio declaravit; ceſoribus namque repentina inciſione vulneratis, Columbe advolantes cruentata ligni preſegmina raptim aſportaverunt, & huic loco, in quo nunc venerandum altare conſiſtit, ſparſim inferentes, quaſi ex rationali induſtria, cruciculas compoſuerunt: Stupefacti & proſecuti cum ſervis, Domini ubi celeſtis auſpicii omen animadvertunt, que ibi cogitaverant, hic perficiunt eccleſiam cenobiumque operoſiſſime coedificantes incomparabiliter ſtructuris, picturis & precioſis perornaverunt metallorum ac theſaurorum inſignibus. Deinde & alia tria grandi manu diligentie monaſteria inſtituunt I. Chocha-

lenſe,

lenſe, in quo venerabilis eorum ſoror nomine Gailswindis, predii ſui parte tradita, cum virginali degeret contubernio II. Sledorfenſe III. Stafalenſe. Quibus duobus duo e prefatis fratribus W. ſcilicet & Elil. portiones de reditibus ſue ſortis, que ſufficerent ſinguli ſingulis, condonarent.

His viriliter perpetratis, in Franciam profecti, conductu & anniſu beati Bonifacii Mogontini Archipreſulis, a piiſſimis Regibus Karlomanno atque Pippino, irrefragabilia perpetue libertatis privilegia Burenſi eccleſie acquiſierunt, quam etiam ab eodem tante auctoritatis & ſanctitatis Metropolitano dedicari regalique edicto publice honorificari, idem Principes petentes, preceperunt. Mox convenientibus illuſtribus & katholicè excellentie perſonis a ſupra memorato Pontifice & Wicterpo reverendiſſimo Auguſtano Epiſcopo XI. Kal. Nov. die, in nomine S. Trinitatis, ad plurimorum memoriam ſanctorum, quorum & plurimas congregaverunt reliquias, hec eccleſia eſt dedicata, & preter ceteras cenobialis cautele aptitudines, ab introitu mulierum inviolabili ſanctione alienata, ſtatimque magnificis oblationibus ac prediis eſt dotata & ditata. Tradidit namque inprimis glorioſiſſimus vir Lantfridus villam Antdorf XXX. manſuum cum omnibus appendiciis, cum contiguo nemore, cujus eſt terminus a fluvio Ridirbach, usque in flumen magnum Iſaram, abinde in medium campum Walagowa, directo & limite Panchſteta, Azalunwit ad medium Chinepoz, inde Habechowa, Habechſtanga usque Reidinaſc quod eſt in campum Seshoibit, atque paludem Winidowa, inde revertitur ad orientem Ridirbach. Itemque ipſe una cum germanis ac ſorore Chochalun, Nidegeltingen, Otilingen, Santowa, Imeringen, Tuteingen, Kararhuſen, Munigiſingen, Vſſingen, Altheim ſingulas cum viculis & omnibus pertinentiis ſuis. In Halla V. loca ſalinaria: in Bozan precioſa vineta; in Sümilaga VI. manſus,

 alia-

aliaque infinita usque ad VI. milia DCC. manſus preter mobilia ineſtimabilia, cum ingenti & generoſa valde familia. Cum his oblationum donariis etiam ſemetipſos obtulerunt hoſtiam viventem, ſanctam, Deo placentem, rationabile obſequium, abdicata mundi figura que preterit, aſſumptaque ſpirituali armatura Monaſtici habitus infra ipſum peruncti Altaris officium tres fratres cum ſorore. Quorum Lantfridus mox in Abbatem, per canonicam diſpenſationem, unanimi omnium decreto eſt ordinatus, non neophytus, ſed litterarum ſcientia & morum elegantia, licet ſub ſeculari pallio, eruditus, ornatus & omnino probatus.

Hoc inicio Eccleſia ſancti Benedicti eſt fundata, dedicata eterneque ingenuitati ex Apoſtolica & Imperiali poteſtate dicata, non Regno, non Epiſcopio, nec ulli unquam ditioni niſi ſolius Dei ancillata; et hoc, eadem die, receptum, collaudatum & firmatum, promulgatum a ſancto Bonifacio Mogontino Archipontifice, ſancto Wicterpo Auguſtano antiſtite, & pene univerſis conregionalibus Epiſcopis, Abbatibus ſeu etiam reverendis Sacerdotibus, Thaſſilone Duce & cunctis Provincie Primoribus, aliisque fidelibus. Tunc dedit Dux Thaſſilo, cum preſentis caterve teſtimonio, S. Benedicto Mutilſtat, Ollichingen, ſingulas cum ſingulis Eccleſiis & molendinis, idem XX. manſus Rotbach etiam cum pertinentiis ſuis, & alii alia ſui ſuorumque monimenta.

Igitur & Abbas maxima vigilantia curam & vite pabula ſuſceptis miniſtravit ovibus, C. videlicet L. Monachis & L. ſanctimonialibus, quos ipſe una cum fratribus ex diverſis elegerat finibus. E quibus huic loco probabiliores L. inſtituit, reliquos vero per Monaſteria iſti ſubjecta diſtribuit, Slechtorfenſe, Staphalenſe, Weſcinesprunnenſe, Santowenſe, idem per ſingula XXV. fratres. In Chochalenſi autem & Pollingenſi ejusdem numeri Virgines. Quas caulas ne leo rugiens aut lupus eſuriens circuiret, ſuimet

pre-

preſentia certis indeſinenter diebus viſitabat; ita ut ſola dominica domeſticorum cure aſſiſteret, diligentiam regule augeret, negligentiam corrigeret, aliis feriis illa procuraret, familiamque Domini ſui menſura tritici ſatiaret.

Interim bono ejus odore attracti ad normam diſcipline confluxerunt plurimi, ſe & ſua dedentes, carnem ſuam cum viciis & concupiſcentiis crucifigentes. Horum tanquam illuſtris ſignifer Engildio Comes ultroneus venit, rebus & armis exutus, novum hominem induit: villas infra dictas patri Benedicto ſub teſtimonio gravium perſonarum attribuit, Pancingen, Mulihuſen, Piringin, Vmbindorf, Salichdorf, Scondorf, XL. & amplius manſus cum Eccleſiis omnibusque appendiciis. Graman quopue Miles quidam adoleſcens, egrotare incipiens, Deo ſe ſanctoque Benedicto, gratia hoſpitatis Monachum devovit, ſtatimque convaleſcens diſtulit; denuo infirmatus, reatum ſuum agnovit, venit & medullitus abjectis vanitatum illecebris, veſtem cum voto penitentie accepit, dato predio ſuo, III. manſibus in villa Ouwa, cum prato Antfranga, aſtantibus & atteſtantibus non paucis nobilibus: ipſe XXX. die ſe a ſancto Benedicto vocari palam confeſſus, obiit, qui, ut credimus, eundem & invitatorem & ſuſceptorem habuit. Ergo cum hos & his ſimiles nonnullos ſui exemplo accenſos pervigil paſtor Lantfridus ad ſupernam patriam premiſiſſet, templumque Dei, & moribus & honoribus ſublimiter per XXV. annos amplificaſſet, jam conſummato curſu, ad celeſte bravium, in vigilia translationis S. Bened. eſt ſublevatus & in preclara feſtivitate, a ſancto Wicterpo Auguſtano Epiſcopo, ſolemniter humatus.

In cujus locum frater ejus Waldramus continuo promotus veſtigia predeceſſoris indeclinabiliter eſt ſecutus, incedens in omnibus mandatis & juſtificationibus Domini ſine querela, ſolerti

cuſtodia, ſimul eadem regens augensque ovilia. Velocius itaque fama ſanctitatis ejus pervolante, concurrebant non pauci utriusque ſexus in caſtris caſtimonie celeſtis militaturi, terrenis expediti ſtipendiis, ut ditarentur eternis. Intra quos, tanquam Sydus eximium emicuit Kyſila Regina ſpectabili Francorum progenie orta, que, calcatis mundi pompis, venit a finibus ſuis, quaſi ad audiendam ſapientiam Salomonis, cum multo comitatu & divitiis, cum capellanis ſuis, viris prudentibus, quorum & unus poſtea Friſingenſis extitit Epiſcopus. Ingreſſa ergo templum, immenſa obtulit ſacrificia librorum, theſaurorum, ornamentorum, & villas Goutingen, Buoch, Liveiſtein, una cum eccleſiis, edificiis, cunctisque appendiciis, coram teſtibus infinite multitudinis. Ipſa in veſtitu religionis ad S. Michaelem, celebrem tunc pudicicie aulam, ſe contulit, cui & ſpecialiter ampliſſima rerum inſignia pecunie, codicum, diverſorumque utenſilium, nec non & altaris vaſa, ſacerdotaliumque veſtimentorum ſpecies precioſiſſimas attulit, ibique ſub angelice ſanctitatis emulatione degens, omni vite ſue tempore, cenobitis S. Bened. indumentorum abundantiam prebuit. Non mediocriter ergo exaltata ſui regiminis penna, venerandus Pater Waldramus XXX. & IX. annis jam premia laborum recepturus, in vigilia S. Scolaſt. ad hereditatem incorruptibilem de carnis ergaſtulo eſt vocatus, & ſequenti die, a S. Sintberto Auguſtano Epiſcopo, celebri honore tumulatus, fraterque Ellilandus in ſedem ſubrogatus. Qui ut erat divine legis peritiſſimus, corda diſcipulorum vicinorum, longinquorum ſermonibus ſale ſapientie conditis, imbuebat, & ex debito ſuſcepte ſarcine manipulos exultationis ad arcam dominicam inceſſanter colligebat.

Invidia autem diaboli ſtimulante accenſi, contra illum tres fratres, viri potentes, filii ſcelerati, Reger, Milo, Aribo, predia ſupradictarum eccleſiarum diſtrahere, & confinia pretitulati

nemo-

nemoris invadere moliti ſunt. Abbas Regi Karolo injuriam conqueritur. Rex tunc forte in procinctu poſitus, Hantoni Epiſcopo Auguſtenſi, atque Kys Duci, judicium faciende vindicte committit. Statuto examine in villa Egolvingin, preſumptores illi nefarie direptionis convicti, ſinguli pro compoſitione dederunt XL. ſolidos Duci, XII. Abbati, in Dominico XL. verbi gratia Reg. inprimis pro banno vadatus eſt ſolid. XL. Kysl. judici & fidejuſſores extiterunt Gagarhardus & Crimrich, Abbati ſolid. XII. fidejuſſor Sygur, in Dominico ſol. XL. fidejuſſor Aſolt; Milo vadatus eſt primo XL. ſol. in dominico, Abbati, iterum XL. in dominico, atque Abbati XII. alios XL. in dominico, fidejuſſor ſuper totum filius ejus Kyſilhardus. Aribo vadatus eſt Abbati ſolid. XII. fidejuſſor Helmker, in dominico XL. fidejuſſores Suttker, Helmker, rurſum in dominico ſol. XL. fidejuſſor Aribo; pro emendatione XII. fidejuſſor Meginrat, & hec nomina virorum qui juraverunt & teſtificati ſunt pro ejusdem ſilve S. Bened. limite intemerabili: Sigur, Anthugi, Pabo, Hiltipato, Aſolt, Hiltibrant, Crimrich, Meripato, Meginrat, Meginhart. His ita ſedatis, tempora Elilandi Abbatis tranquilla deinceps & quietiſſima permanſerunt, nec erat Satan vel occurſus malus, ſed prudenti ac pacifico paſtori & oves & opes multiplicabantur nimis.

Tunc & Merigozus quidam Diaconus toto corde ad monaſtice diſcipline normam converſus, pleniſſimum & grande volumen Bibliothece dedit, ſimulque quicquid proprietatis in villa Matholvingin habuit, cum teſtimonio infra comprehenſo. In nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti, ego Merigozus ſolo nomine Diaconus cogitans invenire ante tribunal Chriſti veniam delictorum, ſeu recompenſationem eternorum, trado rem proprietatis mee, atque hereditatem hereditario mihi jure a parentibus meis traditam in loco Mahtolvingin, eccleſiam & que in ea ſunt caſas, cur-

curtes, mancipia, mobilia & inmobilia, quicquid dici vel ſcribi poteſt in terris, pratis, ſilvis, campis, calmibus, montibus, fontibus, aquis, aquarumve decurſibus, arboribus pomiferis, fructiferis & infructuoſis, cultis & incultis, trado atque transfundo, pro remedio anime mee vel Parentum meorum, ſive omnium fidelium, exceptis IV. mancipiis, Samuhele, Rifrido, Tuccun, Perachlinde, &, aliquibus mobilibus: cetera omnia mea, que hodie ſine ulla contradictione poſſideo, integerrime firmiterque offero ad altare S. Benedictiburin, ea ratione ut, reſervato mihi uſufructuario victualis neceſſitatis, poſt meum exitum, ad paſtorem fratresque hujus eccleſie, ſine ullius judicii conſignatione, contradictione, retractatione, pertineat. Si quis vero, quod fieri non credo, heres vel coheres parentatis mee, vel extranea quecumque perſona, magna ſeu parva, hanc traditionem a me factam caſſare, infringere vel mutare voluerit, primo iram Dei omnipotentis incurrat, & ab eccleſia Catholica alienetur, & S. Bened. ſit ante Dominum exactor ejus; nec non & mundane legis judicio coactus, perſolvat VI. uncias auri & V. pondera argenti, & ipſe illicite uſurpationis effectu careat; ſed hec traditio firma, inviolabilis permaneat aſtipulatione ſubnixa. Ego Merigoz qui hanc fieri, confirmari rogavi, Irminheri, Erneſt, Rihhart, Peppo, Aſolt, Snelhart, Helmbreth, Bertholt, & ceteri nonnulli. Vocabula mancipiorum que tradidi Sigifrid, Mahalbalth, Zotan, Gotefrid, Erpho, Outrich, Waltrich, Leidrat, Rathere, Zeiffe, Iſanbreth, Swedihho, Gislheid, Genia, Glismot, Winnilind, Touta, Berhltind, Ranthild, Ellinhilt. Ante altare ſupra memorate eccleſie actum publice, in preſentia Elilandi Abbatis, atque Kyslhardi judicis, ſive ceterorum virorum prudentium, anno incarnationis Domini DCCCVIII. Indict. IV. idus Julii, tempore Karoli piiſſimi Regis, Anno Imperii VIII. Conquiſivit etiam Elilandus Abbas medietatem eccleſie S. Martino dicate, atque predium

dium in vico Vſſingin, coram omnibus nobiliſſimis de pago Huoſin, ex legatione domini Imperatoris, per eum & Kyſilhardum habita concione in villa Sehhiringin, die menſis Majas v. ubi interpellati Liutkerus, Gagandus & Lantoldus, & inquiſita ratione ſecundum pleniſſimam juſticiam, ſinguli reddebant de ſua parte partem mediam Eccleſie atque predium ſive molendinum, ſimulque quicquid verbis vel litteris comprehendi poteſt, terris, pratis, ſilvis, campis, culminibus, montibus, fontibus, aquis aquarumve decurſibus, arboribus fructiferis & infructuoſis, cultis & incultis. Liutkeri fidejuſſor Pabo, Gaganhardi Sygur, Lantoldi Pabo. Iſti teſtes in preſentia cauſe, *Anthugi*, *Hyltipato*, *Oudalrich*, *Hiltibrant*, *Dietbrant*, *Moricho*, *Pilunc*, *Reginoldus*, *Milo*, *Aribo*, *Kyſilhart*, *Habmunt*, *Mathere*, aliique quam plurimi.

Eodem tempore dedit Matrona quedam, Heriswindis nomine, neptis ſepedicti Abbatis, Kararshuſen, predium ſuum, ad altare ſancti Bened. pro comemoratione ſui filiique occiſi. Ante omnia invictiſſimus pie memorie Karolus Elilandum patrem ſpeciali familiaritatis complexu aſcivit, & decorem domus Dei dilexit, protexit & auxit; concedens ei & ipſe libertatis privilegium regia imagine inſignitum, regulamque ſancti Bened. a primo exemplari per ſemetipſum exarato tranſcriptam cum ſacroſanctis eiusdem reliquiis, deſiderabili & impreciabili theſauro, ipſius videlicet brachio, nec non & duo inſignia Omeliarium volumina, que quanta confecerit diligentia, nec dum vetuſtate abolita, patefaciunt veſtigia. Igitur peracto milicie ſue termino, repoſitis in celo ſudoribus, reverendus Pater Elilandus, XLVI. prelationis anno, plenus dierum, in vigilia ſancte Marie, ex hac luce ad veri luminis requiem migravit, atque ipſa beate aſſumptionis celebritate appoſitus eſt ad fratres ſuos, ſicut tribulationis particeps, ita & regni coheres. Anni igitur, quibus tres hi fratres prefuerunt,

computantur C & X. &, ut bone militie iam emeriti, quieverunt mirum in modum ſinguli, non in aliorum quam eorum vigiliis ſanctorum, quorum ſpecialiter nominibus Eccleſias ſue devotionis dicaverant. Geſta converſationis eorum prime, medie, ultime quamvis ammiranda & ſanctitati condecentia referantur: nos tamen non niſi que certiſſimis conſtant probationibus proloqui decrevimus; ſed neque ampliſſimorum & incomparabilium prediorum, que ab ipſis collata, & variis diſtrictionibus ablata usque hodie elucent indicia, mentionem facimus. Sane gubernaculum ſedis ſue locupletiſſimum, ordinatiſſimum & pacatiſſimum reliquerunt. Que bona, mox ut defuncti ſunt, paulatim imminui, & per incrementa immo detrimenta, tanquam in precipicium colliſionis, dilabi ceperunt. Nam & initiales eorum ſucceſſores Rimgrinus, Zacco, Erpſmannus, Vrolf, Snelbort, Abbates V. contra decretum predeceſſorum, ſine congregationis electione conſtituti, non per oſtium in ovile aſcenderunt, ſed aliunde: Quorum primus & ſecundus annos XIII. preſederunt, & prior in Staphalenſi Monaſterio ſepultus eſt; Tercius XXXVI. & Ratisbone in monte ſancti Hemmeranni conditus iacet: Quartus in Slehdorfenſi; qui quamdiu prefuerit, & quomodo vel ipſe vel quilibet horum cenobium rexerit, veraciter compertum non habemus. Quintus demum Snelbardus cum, poſt obitum ſuperioris, proponendus a Rege mitteretur, fratribus invitis, utpote qui ne vocabulum quidem noſſent hominis, quidam inter eos magne gravitatis Presbyter & Monachus, Odalunc nomine, requiſitus, ſpiritu prophetico repletus ait: Scitote fratres in adventu Snelbardi, monachilis diſcipline tenorem eſſe finitum; nam hoc preſagit celeritas agnominis ipſius, quod acceleraverit ruina huius Monaſtici ſtatus: Quod ne incredibile putetis, hoc vobis ſignum, me ſcilicet hodie a carnis carcere tranſiturum. Quod & factum eſt. Cunctis namque in Eccleſia coadunatis cum apparatu proceſſionis, pro ſuſceptione ſolita novi Abbatis,

idem

idem beatus vir, oratione premiſſa, expanſis in modum crucis manibus, ante altare ſancti Bened. ruens, XVIII. Kal. Decembris, ſpiritum reddidit, & ſic adventantis ruine, quam predixerat, tremendum in ſemetipſo exemplum prebuit.

Isdem namque, cura uſurpata, cum quodam carnali fratre ſuo Monacho, in propinquum nemus aliquando ſpaciatum egreſſus eſt, ubi ex improviſo ingens cervus e ſaltu perſiliens eundem ipſius Germanum validis impetiit cornibus, transfodit & extinxit. Tempore illo, ut prelibatum conſumaretur vaticinium, crudelitas Ungarice gentis erumpens imparatam Boicorum patriam, cum innumerabili copia occupavit, predis, cedibus, incendiis omnia miſcens Eccleſias, Monaſteria, Chriſtiani populi receſſus & latibula quoquo verſum perſcrutans, depopulans, devaſtans, & inflammans, colonos proſequens ac trucidans. Ad hunc ergo locum, ductu diabolico, pervenientes, rebus, theſauris, ornamentisque omnibus, quibus ab initio fundatus ac deinceps incredibiliter pompificatus fuerat, ſpoliaverunt, ſacras & reliquas edes ignibus concineraverunt, fratrum alios conflagratione, alios decollatione, alios exquiſitis cruciatibus martyrizaverunt, familiam per diverſas, usque in hodiernum, provincias irrevertibiliter diſperſerunt. Abbas Snelbardus jam pridie, quia mercenarius fuerat, adventantibus lupis, in Weſcinisbrunnum cenobium fugerat, ubi & dormitione preventus, Anno XXVIII. pauſat. Poſtquam vero, congreſſione Bawariorum per Ottonem victorioſiſſimum Imperatorem, preſumptuoſa cervicoſitas Hungariorum conciſa eſt & digna talione conſumpta, cum innumerabiles occiſi, plures cepti, ad extremum Principes hoſtilis exercitus Ratisbone eſſent e culeis appenſi, paucis confuſa vix fuga elapſis, Arnolfus Dux Provincie, tanto graviori quanto liberiori uſus tyrannide, fundum delolate, hujus Eccleſie ſicut & aliarum multarum diripuit, atque participi-

 bus

bus & ſatellitibus ſuis in beneficia diſtribuit, quodque ſingultuoſe dicendum eſt, ita precium redemptionis animarum, usque in preſentem diem, curie vel curialibus ſervit. Legitur idem ſacrilegium in revelatione S. Oudalrici Auguſtani Epiſcopi a Synodali colloquio S. Dei Genetricis Marie, & beati Petri Apoſtolorum principis, ob hujusmodi perſuaſiones orto ſanctorum clamore interpellatus, & communi univerſorum decreto ad penam damnatus. Taliter deſtructa hujus habitationis edificatio & cultura pe VIII. annos deſerta manſit & inculta, ſolis duobus presbyteris & Monachis Berhtrico & Sinberto cognita, qui celitus inſpirati ne penitus in ſolitudinem refrondeſceret, in tanta penuria ſanctorum memorias & Patrum cineres cuſtodiebant, ut diviſis inter ſe mutuo ſeptimanis, paupercula ſibi victualia a convalle Fluminis ſeminudis conportarent humeris, qui qualicunque viventes ſuſtentaculo, aurem celi precibus pulſabant, & ymnis miſſarumque ſolemniis. Poſtmodum Sinbertus aliquantiſper villam Bibirbach cepit incolere, atque Berhtrico collega ſuo, hic ſolitario ſubſidenti, alimenta miniſtrare, donec ſedatis bellorum tumultibus, & redeunte pacis tranquilitate, deſtitute ab incolis priſtine ſedes requirebantur, & neceſſariis fructibus exercebantur. Tunc interventu ſancti Oudalrici Auguſtani Epiſcopi, Wolfoldus quidam Presbyter ab Ottone Auguſto impetravit reparationem vel proviſionem iſtius deſtructe domus, & Clericorum vitam inſtituens, ac ſollicite antiquas ruinas erigens, cum ablata bona non poſſet recipere, ſua non diſtulit offerre, tradens ſancto Bened. quicquid proprietatis habuit in villis Vneringin, Sindelsdorf cum apendiciis, ſervis & ancillis: e quibus etiam unum nomine Richolfum, ſtudiis litteralibus ac moralibus per ſe a primevo educatum ſibi fecit in prepoſituram ſubrogari, quam ipſe cum fideliter XII. annos amminiſtraſſet, habitu & actu mutatus eſt in Monachum, in quo per ſeptennium deinceps religioſiſſime converſatus, in vigilia ſancti Martini Epiſco-

ſcopi migravit ad Dominum. Richolfus ſucceſſor, iuxta quod a Magiſtro didicerat, toto niſu in reedificatione templi laboravit; Baſilice ſancti Bened. criptam addidit, aliasque tres capellas I. ſancti *Laurentii*, II. ſancti Stephani Protomartyris, III. ſancti Sixti Pape & Martyris fabricavit, quas, ex invitatione ipſius, ſanctus Oudalricus Auguſtanus Epiſcopus, VII. Kal Octobris, in nomine ſancte Trinitatis, ad eorundem commemorationem ſanctorum conſecravit; ſed non hanc in officio omnium Sanctorum colendam, illam autem precedentem beati Bonifacii Moguntini Archiepiſcopi dedicationem honorandam ac ſolemnizandam, immobilemque manere conſtituit. Qui & propter peticionem Cleri, & multiplicem adhuc deſolationis inopiam, feminis ingreſſum Eccelie cum licentia ſacerdotis indulſit. Deinde cum iam per ſecuritatem pacis tempus curationis expectaretur, ecce nova paulatim & intolerabilis irrepſit perturbatio. Nam abſente & irretito expeditionibus Imperatore, Gaminolfus & Vnargus Comites, noſtri falſe defenſores, omnes, qui ab Ornulfo paulo ante dicto Duce remanſerant, reditus abſtraxerunt, & in ſuos ſuorumque uſus retorſerunt, mentientes hec ſe a manu imperiali beneficialiter promeruiſſe. Richolfus XX. annos hec & talia faciendo paſſus, IIII. Idus Iunii deceſſit. Berhtricus quoque fideliſſimus ille & revera in camino probatus Dei ſervus, XII. Kal. Februarii; quem non abſurde Martyrum conſortem pronunciaverimus, quod inter tot afflictionum vulnera eo aſperiorum, quo productiorum, animam ipſius pertranſivit gladius. Tercius inde Prepoſitus exiſtens Reginbertus dilatavit gloriam populi ſui, & in fide ac lenitate ſanctificatus, obiit XVI. Kal. Octobris. Huic ſucceſſit Ratoldus ex Friſingenſi caſtello natus, qui dum inceſſu pedum careret, orando & bonis operibus inſiſtendo, obtinuit, ut greſſum reciperet. Unde Deum in ſancto Benedicto magnificans, Ecclesias ſancte Marie & ſancti Laurentii, que ſunt in cimiterio, condidit,

 pre-

predia que habuit contulit, Furiholz & Munengeſingen ſancte Marie, Wachreine pro gratiarum actione ſancto Benedicto. Addidit & quedam mobilia non minus neceſſaria: Sarcofagum argenteum, ſcriniolum cum reliquiis deauratum, capſas, cruces, turibulum, librum miſſalem. Quibus omnibus candidatum Deo ſpiritum reddidit in loco unde oriundus fuit, II. Kal. Septembris. Quo mortuo nobili nobilior ſucceſſit, Tagino ſcilicet, qui dum locum vix dimidio anno amminiſtraſſet, ad ſacerdotium Mogontine Eccleſie rapitur; dignus plane, per quem S. Bonifacius reciperet quicquid in ſervitio ſancti Benedicti laboravit, ne gratis conſecrando laboraret, dum pro mercede laboris tale munus reportaret. Huic ſucceſſit quidam de familia nomine Adelbero, ſacris litteris eruditus, & loci utilitati omnino deditus. Poſt hunc Reginbertus ultimus prepoſitorum hanc Eccleſiam rexit; vir qui utramque partem reſpiciens; & finem Canonicis & inicium Monachis dedit. Inprimis namque predium, quod in Polzinwanch habuit, ſancto Benedicto tradidit, deinde dive recordationis Heinricum Imperatorem adiit, & interventu felicis memorie Prunonis ſancte Auguſtenſis Eccleſie Epiſcopi, animum Ceſaris mitigavit, & ut predium daret, quod Monaſterium Hohſtat, Ettenhoven, Toumindorf, Wanilihuſen, Altheim haberet, impetravit. Videns vero poſſeſſiones creſcere, & paulatim locum ad profectum venire, cogitavit qualiter locum in priſtinum ſtatum reduceret; & quod hoc ſine regia providentia fieri non potuit, Imperatorem Chounradum, qui tunc forte in ſceptris agebat, adiit, cauſam aperuit, & locum, cui ſe amplius non ſufficere iudicavit, in manu Auguſti reſignavit. Convocans vero piiſſimus Imperator, ex conſultu Domini Reginberti, Ellingerum Tegrinſeenſem Abbatem loco prefecit, ordinem Monaſticum inibi reformari precepit. Quod dum Abbas naviter exequi niteretur annus expletus eſt, quo finito, accepit ſucceſſorem ante tempora ſecula-

ria

ria predeſtinatum Gothelmum proprii Monaſterii Monachum. Electus vero beatus ille, Imperatori oblatus eſt, & ab illo, ſecundum conſuetudinem temporum, inveſtitus, in Abbatem levatus, anno dominice incarnationis MXXXIII. die, qui eſt II. Kalendarum Octobrium; ſicque Monaſticus ordo qui, neſcio quo divino iudicio, per multa tempora ceſſaverat, Gotehelmo Monaſterium regente, reſtauratus eſt. Cepit repente Vicarius Chriſti regulam tenere, ordinem ſervare, Monachos congregare, pueros inſtituere; qui cum in timore Domini coaluiſſent, ceperunt & ipſi Magiſtri cooperatores exiſtere, & domus Dei machinam quaſi totidem columne erigere. Videns hoc Reginhertus, qui plebem in Eccleſia ſancte Marie regebat, & iam ex prepoſito Plebanus effectus fuerat, mente conpunctus eſt, & toto corde converſus ad Dominum; id ipſum tantillum, quod remanſerat, funditus reliquit, & crucem Chriſti baiolans, ſequi Dominum ſub regulari norma elegit, non iam prepoſitus vel plebanus, ſed Monachus & egregius ſancti Bened. matricularius. Denique cum crebris vigiliis, ieiuniis & orationibus dies duceret, fideque plenus, ſpe robuſtus, in caritate radicatus, ad arcem virtutum conſcenderet, vocavit eum dominus Abbas in partem ſue ſollicitudinis, fecit eum Decanum; hocque per XV. annos fideliter adminiſtrato, III. Id. Februarii, diem clauſit extremum. Fiunt interea habitationes utiles, Monachis ordinatur clauſtrum, diſponuntur officine, pro arbitrio Abbatis, ſurgunt parietes nove Eccleſie, ſicut hodie cernuntur, fiunt calices, acerre, turibula, campane, coemuntur pallia, tapetia, dorſaria, formantur caſule, cappe, dalmatice, tunice, albe, laborantur ſtole, fanones, nihilque eſt quod pretermittat ſollers ac pia pii patrisfamilias vigilantia. Succedunt proſperis adhuc proſperiora; recipit ius proprietatis, per cartam imperialem, de Burin, de Puhilen, de Orte, de Chochilen, & de omnibus appendiciis eorum, que us-

usque ad ea tempora in ſervicio ac beneficio *Adelberonis Comitis de Eberſperch* ſteterant, illoque annitente, ac ſponte, iure ſuo cedente, nimiumque uxore ſua *Richlinda* ſuadente, in arbitrium Eccleſie redierant. Facta ſunt hec per miſericordiam Dei, annitente optimo loci gubernatore Gotehelmo Abbate, & pio Principe III. Heinrico imperante, & hoc ſub teſtamento confirmante. Non equis hec oculis ille malignus humani generis hoſtis intuitus eſt, vidit & invidit, nec prius a molimine ſue fraudis abſtinuit, donec quietem, quam vir beatus in Chriſto poſſederat, turbavit. Orta eſt namque adverſus eum contentio Clericorum qui ſub Reginberto prepoſito Eccleſiam tenuerant, que dum aliquantiſper duraret, abierunt retro fratres eius, qui eum de proprio Monaſterio ſecuti erant, ipſumque ſolum dimiſerunt; ſed non fuit ſolus, quia fratres quos educaverat, & quos in profeſſione receperat, viriliter partes eius tenebant. Auxit quantitatem mali faſtus & ſuperbia Nitkeri Friſingenſis Epiſcopi, qui amenitate & utilitate loci captus, eum ſibi ab Imperatore inbeneficiari fecit, ſtatimque ſibimet dominicale, inde & edes publicas ibi fieri conſtituit; ſed non eſt ſapientia, non eſt prudentia, non eſt conſilium contra Dominum: Ante namque quam horum aliquid fieret, abiit Ravennam, vocatus ab Imperatore, ibique ſubitanea morte preventus, molitionis iniuſte dignas penas exſolvit. Bis vidit noſter Anchiſes noſtram Troiam captam, bis vidit reſtauratam; denique mox ut Imperatorem adiit, Imperator quod fecerat caſſavit. Hac ſemel ac ſecundo vir inperterritus fretus victoria, in Dei timore, & in Monaſtica diſciplina, usque ad finem vite perſeveravit, donec cum luctu ac fletu omnium, IIII. Kal. Novembris in pace quievit. Sic bellatore Chriſti de medio ſublato, interim ſcandala ſeviunt, interim vires hoſtium creſcunt, accepitque Nitkerus ſucceſſorem nomine Ellihardum, qui plus quam anteceſſor in noſtra cervice craſſatus eſt. Is Heinrici Impera-

pera-

peratore familiaris erat, eaque fiducia fretus, non iam in beneficium, ut anteceſſor, ſed in proprietatem ſub chyrographo locum accepit. Huius terrore & impetu omnis ſpes noſtra interiit, iura ſubacta ſunt, primumque Abbas noſter Megingozus, qui regulariter intraverat, eiectus, Ratmundus ſubſtituitur. Fiunt caſtra eius in locis noſtris ſecretioribus, in quibus, cum quaſi de noſtra captivitate gloriatur, tangitur plaga inſanabili, & ſcaturiens vermibus, qui vulgo pediculi vocantur, fedo & miſerando exitu vitam finivit.

Quo tali morte mortuo, rurſus fratres curiam imperialem adeunt, rurſus libertatem recipiunt, munitam tali privilegio, quale usque hodie in noſtro armario videre licet & legere. Ratmundus vero, quem ſubſtitutum fore prediximus, litteras noverat, lectioni, ſimplicitati, patientie & caſtitati deditus erat; ſed ultra modum lenis, diſſolutionis & negligentie exitiabilis occaſio fuit. Unde tanta lues coinquinationis & macule per membra Monaſterii diffuſa eſt, ut jam non tantum ſpiritualibus, ſed ipſis etiam ſecularibus obprobrio forent. Qui clamor dum etiam ipſas Domini Sabaoth aures pulſaret, & jamjamque diem ultionis in corde haberet, ille ſimplicitatis amator Ratmundus obiit, & III. Kal. Octobris de hoc ſeculo migravit. Interim omnem diſſolutionem & laſciviam Monaſterii Adelbero Tridentinus Epiſcopus vehementer premebat, datus ab Imperatore Dominus & rebus fratrum quaſi laicali beneficio uſus. Hic Campidonenſis Monaſterii prepoſitum tulit, nobisque in Abbatem prepoſuit; virum largum, ac per omnia Anteceſſori ſuo diſſimilem. Denique fere litterarum expers, ſed exteriorum ſcientia preditus, dum non adeo ſimplicitati intendit, diſſolutionem, quam Anteceſſor nolens nutrierat, ita deſecuit, ut in tanto cetu non remaneret qui diſſolutionis malum vel poſteris nuntiaret. Mortuo namque Tridentino, per quem intra-

verat, ea tempeſtate, qua III. Heinricus regno pulſus eſt, & quartus Heinricus ſceptro potiri cepit, curiam adiit, libertatem reformavit, inveſtitus eſt; ſicque roboratus domum regrediens, Monachos qui corrigi nolebant, ejecit, & Fratres Deum timentes, & regulariter viventes de Scafhuſenſi Monaſterio advexit. Horum primordia quam leta, & quante pinguedinis fuerint, nullus crederet, niſi forte aliquis altius intendens intelligeret hoc poſſe ſpem Heliſei, qui in porta Samarie poſt tantam egeſtatem, una tantum nocte media, modium ſimile, & duos modios hordei, ſtatere uno vendi predixit. Auſpicium hujus habundantie fuit piſcis qui dicitur carpo, primo die primi introitus eorum captus, ſed nec prius, nec poſtea in illo gurgite viſus, tante pinguedinis tantique ſuminis, ut comedentes in nauſeam vertere diceretur. Odore virtutis eorum attracti quidam nobiles, quidam divites ſecularia contempſerunt, & Monaſticam vitam profeſſi, Deo & ſancto Benedicto ſe ſuaque omnia dederunt. Ex quibus Dominus Oudalricus de Elſindorf, vir nobilis & exſpectabilis cum uxore & unica prole ſemetipſum Domino ſanctoque Bened. Sacrificium obtulit, conferens in uſus fratrum, preſente Advocato, coram teſtibus, res & poſſeſſiones quaſcumque habuit, ſcilicet Elſindorf, Surgeloch, Mages, Ruſian, & cetera quecumque in regno iſto longe vel prope poſſederat. Ea tempeſtate exitialis diſcordia inter regnum & ſacerdotium agebatur IIII. videlicet Henrico a Romana Eccleſia diffidente, ac ſummo Pontifice illum, propter iſtius modi diſcordiam, excommunicante. Crevit hoc malum in ruinam partium, & dum queque pars ſibi eligit quem ſequatur, ab altera mox parte ſuſpecta habetur, & detecta ſuſpitione, odiis & proſcriptionibus continuo urgetur. Unde factum eſt, ut & nos, licet de *iure Regni* eſſemus, mallemus tamen adherere Deo quem Regi, & electo Deo offendere regem, quam contempto Deo tandem amittere regem. Igitur Hermannus Auguſtenſis Epiſcopus hanc

tem-

temporum neceſſitatem callide rimatus, repente affuit, Auguſto perſuaſit, ut illos rebelles Monachos corriperet, ſibique eos & Auguſtenſi Eccleſie corripiendos in proprietatem daret. Conſenſit verbis ejus Ceſar nobis iratus, nosque ſtatim, ſub teſtamento, in proprietatem Auguſtenſi Eccleſie tradidit. Initium dolorum hoc. Etenim exteriores dominos pati, quorum tamen ſpeciali obedientia non conſtringimur, grave eſt & revera permoleſtum, habere vero Dominum, & cum illo manum conſerere qui veſtroque gladio pugnat, mortale eſt, & exitio proximum. Denique duo Friſingenſes & ille Tridentinus nobis a tergo fuerunt, qui ſpiritualiter conſtringere non potuerunt; Auguſtenſis vero nobis in fronte eſt, faciem ferit habens poteſtatem ſive ſpiritualiter examinandi, ſive materialiter opprimendi. Hac fiducia fretus, poſtquam de proprietate loci inveſtitus eſt ab Auguſto, continuo advolat, juſtitiam expoſtulat, non illam Eccleſiaſticam quam ſedi nunquam negavimus, ſed illam ſervilem, quam nunquam profiteri & etiam a judicio ſanguinis refellere parati fuimus. Exigit ab Abbate fidelitatem, offert Abbatiam, ſed Abbas iterare ſacramenta nolens, quod ſemel legitime acceperat, denuo ſerviliter accipere inſolitum ducebat. Illo autem in malis perſeverante, ac familiam in ſervitutem Auguſtenſis Eccleſie ſacramento addicente, Abbas ejicitur, Fratres diſperguntur, quidam in captivitatem, quidam in ditionem aliorum cenobiorum. Ex his duo erant quibus aſperius ceteris imminebat, Bertricus & Ortolfus, ſed Ortolfus continuo anguſte ſervandus dimittitur, Bertricus vero, quaſi atrocius multandus actrocioribus Miniſtris traditur. Quem habitu Monaſtico confeſtim ſpoliantes ac longius aſportantes, ferro vinctum, cuſtodie traditum, penisque captivi crudelitatem torquentis depaſcunt. Sic fere per annum vinctus tenetur, donec deſuper reſpiciens Dominus affuit, & vehementiam Epiſcopi terribiliter ſtravit: Guttur namque ejus, collum & fauces lues quedam invaſit, que interius

 exi-

exitialiter regnans foris emergere per putredinem geſtiebat, factisque per extentam deſuper cutem, numeroſis foraminibus virus & ſanies, quam intus conceperat, anhelitu fetido paulatim ejiciebat. Boja namque illa que talos Bertrici viſibiliter artabat, inviſibiliter ad fauces Epiſcopi tranſierat, que clauſo meatu ſpiritus egra ſuſpiria miſerum diutius trahere cogebat. Cervix vero que mediam viam colli tenet, quaſi veſtigia digitorum virilis manus pretendebat, que clarius expreſſa valido ictu adacti colaphi formam exprimebant. Hoc ne fabula putetur, pene tot atteſtantur, quot homines Auguſte morantur. Mittitur continuo & captivi dimittuntur, dimiſſique ad patriam revertuntur. Interim beate memorie Chounradus Abbas igne tribulationis purgatus, Salzburch migravit ad Dominum, XVIII. Kal. Januarii, & Engelſcalcus, quem ipſe a puero educaverat, ſubſtituitur. Pretereo longas tergiverſationes, crebras ejectiones, amara interdicta divinorum officiorum, Eccleſie, ſepulture; taceo duos ſuperpoſitos Nortpertum & Oudalſcalcum, in ſolo Engelſcalco regulariter electo paululum ſubſiſto: Hic a ſummo Pontifice ordinatus in Abbatem, toto orbe profugus agitur; nulla pax, nulla quies ei tribuitur, ſed quemadmodum de S. Athanaſio ſcribitur, adverſus eum Epiſcopi & Abbates, Clerici & Monachi congregantur, &Principes conveniunt in unum, dum etiam ipſe longo morbo contabeſceret, & plaga flagelli Domini nunquam de carne ejus recederet. Vicit tandem magnanimi viri conſtancia perſecutorum pertinaciam, vicit ſuſtinendo, locumque quem in ſervitutem redegerant, vellent, nollent, in libertatem preripuit. Frequentat enim Dominum Papam Innocentium, ſequitur diu & auguſtalis memorie Lotharium imperatorem, donec Monaſterium in libertatem vindicat per privilegium Imperatoris, ac ſemet ipſum reformat in priſtinum gradum, per litteras ſummi Pontificis, que cui videre vel legere vacat veniat: adhuc ea ſemperque, Deo volente, noſtrum armarium reſervat. Sic homo juſtus

ſtus & timoratus Abbas Engilſcalcus, camino tribulationum exuſtus, II. Kal, Junii, migravit ad Dominum. Tunc fratres quos metus diſperſerat, & quos iterum Dominus in unum congregaverat, conveniunt in virum magiſterio idoneum, nomine Waltherum, qui non ſolum Monaſticam diſciplinam peroptime noverat, ſed etiam exterioribus ſtudiis adprime eruditus fuerat. Hic regularis diſcipline ſectator eximius, & magiſtra auctoritate uſus humiles provexit, ſuperbos repreſſit, adhibitaque intus foriſque diligentia, docuit eos ordinem ſervare, diſcurſum vitare, chorum frequentare, ſeque ipſos per omnia Deo & hominibus irreprehenſibiles exhibere. Ipſe auxit Monaſterium edificiis, poſſeſſionibus, perſonis, & precipue pace, qua tam proſpere uſus eſt, ut diſcordia, que pene per XX. Annos cum Epiſcopis Auguſtenſis Eccleſie protracta eſt, illo modeſte agente, ceſſaret, & querela tumultuantis familie ſopita jaceret. Roboravit quoque vigilantiam illius auctoritas ſummi Pontificis Eugenii III. ac Majeſtas Domini Imperatoris Counradi III. quorum privilegiis acceptis, libertatem loci munivit & ſecuritatem ſui ac familie confirmavit. Quia ergo longo tempore ſeviens ac omnia ſubvertens tempeſtas horrenda ceſſavit, pacemque ſervis ſuis in circuitu Dominus dedit, dilapſa reparare, diſperſa congregare, neglecta curare ſtudeamus, & ad condendum librum traditionum, in quo oblationes fidelium conſcribantur ac ſcripto teneantur, adjuvante Domino, veniamus.

MONUMENTA BENEDICTO BURANA.

Codex Traditionum.

Num. I. circa Annum 750.

Notum ſit omnibus Chriſti fidelibus, quia duo germani fratres Ekkolf ſcilicet & Hoholt nobilitatis honore non infimi, quidquid proprietatis habebant, in his villis Ettinhova, & Hoſtat S. Benedicto dederunt, coram teſtibus, tempore Lantfridi, Waldram, Elilandi Abbatum & conſtructorum huius loci.

Nobilis quedam Matrona, Wangart nomine, omne predium ſuum, quod in his villis Secheringen & Effingen habebat ſancto Benedicto, ac ſibi ſervientibus fratribus delegavit, excepta ſecunda parte ſuperioris vici Sechringen, quam ſancto Michaeli tradidit, ad ſtagnum Staphala, tertia vero ſancto Tertulino ad Slechdorſenſe Monaſterium.

Num. II. ſub Abbate Gotahelmo ab anno 1032.-1062.

Notum ſit cunctis Chriſti fidelibus preſentibus ſcilicet & futuris, qualiter quidam Comes, nomine *Arnoldus*, nobiliſſimus bellator Imperatoris, atque fidiſſimus defenſor ſancti Benedicti, ſemper cogitans de remedio anime ſue parentumque ſuorum, & quomodo in hac mortali vita conſiſtens, de ſubſtantia temporali eterna premia ſibi compararet. Iccirco tradidit ad altare S. Bened. absque ul-

ullius contradictione, quidquid proprietatis habebat in villa Taerzins, edificia, curtes, animalia, ſive in agris, in pratis, ſilvis, calmibus, montibus, aquis, aquarum decurſibus, cultis & incultis, mobilibus & inmobilibus, & quidquid, ſicut iam diximus, ſua ibi cernebatur eſſe poſſeſſio, Clericis qui illic diu noctuque Deo ſerviunt annonam; excepta tertia parte predii ſive animalium & edificiorum, cetera omnia a ſuo iure, ac dominio in eorum ius & proprietatem transfundebat. Ea quippe ratione, ut ſi ullus eſſet, qui hanc traditionem inmutare vellet, vel frangere, a regia poteſtate conſtringeretur; ut hec donatio omni tempore firma & ſtabilis permaneat. Acta eſt autem hec donatio in loco Burren, in preſentia ſcilicet clericorum ac laicorum, & iſti ſunt Teſtes per auriculas tracti. *Engeldie Comes*, *Albero Comes*, *Poppo Comes*, *Otto Comes*, *Iohanes Comes*, *Pilgrinus Comes*, *Dietricus Comes*, qui dedit Pfans. *Liupoldus Miles*, *Sigemarus*, *Oulſchalgus*, *Yſaac*, *Alamarus*, *Starchant*, *Durinch*, *Lutto*, *Friderich*, *Mahtpertus*, *Adelgerus*, *Anthugi*, *Mathun*, *Adelwart*, *Alpot*, *Emizrat*, *Poppo*, *Perhtolt*, & alii quam plures; feliciter.

Notum ſit cunctis fidelibus Chriſti preſentibus ſcilicet & futuris, qualiter quidam clericus huius familie, Gunthalm nomine, pergens ad limina Apoſtolorum Petri & Pauli per manum *Engilperti* ad altare ſancti Bened. tale predium quale illi donaverat quedam Matrona, nomine *Hemma*, in villa Gerashuſan cum omnibus pertinentiis ſuis huc tradendum; eo pacto ut poſt amborum vitam ſerviret perpetualiter fratribus hic Domino famulantibus, pro animabus utrorumque. H. r. t. ſ. *Ebermunt Miles*, *Engilpert*. *De familia Wilipato & frater eius Immo*, *Sountpert*, *Adalwart*, *Rihpolt*, *Perethrich*, *Hieridio*, *Rato*. Actum eſt hoc anno ab incarnatione Domini MXXXIII. regnante *Chonrado* Imperatore II. impe-

pe-

perii eius VIII. Kal. Martii VI. feria, ſub *Gotahelmo Abbate*, *Regimaro* Sen. Advocato.

Glorioſiſſimi Imperatoris *Chonradi* filius *Heinricus* III. Rex ſecundus Imperator Romanorum propter petitionem *Adalberonis* Comitis ac *Riklinde* uxoris eius, rogatu etiam Domini *Altmanni* Abbatis Aprimontis reſtituit Domino *Gotehelmo* ad monaſterium S. Benedicti predium quod illi habebant in beneficium ad ſua *Hurbora* in his villis *Buren*, *Chochalen*, *Orta*, *Buhila* cum decimis & familia utriusque ſexus quecunque diſperſa erant, & hoc regia autoritate firmatum eſt, anno 1048.

Notum ſit omnibus Chriſti fidelibus tam preſentibus quam futuris, qualiter quidam Miles, *Stephanus* nomine, dedit ad altare S. Bened. X. iugera cum curte adiacente, & prato iuxta fluvium. Item *Dietricus* liber homo dedit in eadem villa VII. iugera, cum curte.

Anno ab incarnatione Dominica MLV. *Richolfus* presbyter de *Poncingen* tradidit ad altare S. Bened. cum filio ſuo *Richolfo* dimidium manſum in villa *Uffingen*, ipſumque filium ſuum Domino inſtituit ſerviendum. H. r. t. ſ. *Froibirgis uxor prelibati presbyteri*, que & ipſa tradidit *Ambroſium* ſuper beati Immaculati, *Remighine*, *Liubolf*, *Gumpolt*, *Rato*, *Heinricus*, *Reginfrid*, *Willo*.

Notificamus cunctis ſcire volentibus qualiter *Hiltipurch* quedam ex familia ſancti Bened. predium ſuum ſitum in villa Sindilisdorf, neceſſitate coacta, nobis vendidit. H. ſ. t. *Hadwin Miles*, *Adalbero*, *Pero*, *Engilman*, *Adalgis*, *Herolt*.

Ermenhilt nobilis Matrona vineam ſuam ſitam in Bozanin per manum cujusdam nobilis viri nomine Gerhardi delegavit, ut ad altare ſancti Benedicti daret. Hujus rei teſtes ſunt. *Bernhardus*,

Eber-

Eberhardus, *Reginwart*, *Perhtrich*, *Adalgis*, *Waltman*, *Mathuni*, *Irminger*.

Teſtamentum Concambii quod factum eſt, inter Gotehelmum Abbatem & Advocatum hujus loci *Sigimarum*, pro villa Hoſtat preſenti pagina notamus. *Sigmarus* Advocatus *Bucheim* legitimo concambio ſuſcepit, & villam Hoſtat proteſtativa manu ſancto Benedicto tradidit. Hujus mutationis teſtes ſunt: *Herolt Miles*, *Reginwart miles*, *Perhtric*, *Engilman*. & alii multi.

Notum ſit cunctis Chriſti fidelibus tam preſentibus quam ſupervenientibus qualiter Dominus Gotehelmus Abbas comparavit a liberis hominibus, tribus talentis uno ſolido, XXXI. Iugera arabilis terre, cum curte & edificiis, pomariis, ſilvis, pratis, aquis aquarumque decurſibus, cultis & incultis, queſitis & inqueſitis, cum omnibus ad ſe pertinentibus, ac ſub eodem die quo comparavit fecit tradi ipſum predium ad altare ſancti Benedicti, in preſentia tam ipſius quam miniſterialium & magna caterva familie domus iſtius. Tradiderant namque predium ſuum Liutto videlicet & Willihilt, ſic enim appellabantur, & filii eorum, pro commemoratione amicorum ſuorum vivorum & defunctorum. Iſti ſunt teſtes. *Perhtric*, *Engilman*, *Adalwart*, *Gumpolt*, *Egino*, *Fridirich*, *Lantfrid*, *Sigihart*, *Ebermunt*, *Gozram*, *Reginbreht*, *Dietricus*, & alii plures de familia ſancti Benedicti.

Notum ſit cunctis fidelibus preſentibus & futuris, qualiter quedam *mulier libera*, Wicburg nomine, nupſit cuidam viro ex familia ſancti Benedicti, Eginoni dicto, que tradidit ad Altare ſancti Benedicti tale predium, quale habuit in villa Perhtingin; id eſt XXX. Iugera arabilis terre & X. Ingera ſilve & prati, ea ſcilicet ratione, ut ipſa cum viro ſuo, & cum filiis ſuis, & filii filiorum ejus libera uterentur poteſtate ſecum converſandi, nec quisquam

potens eſſet eos ad ullum ſervitium redigere, vel cuiquam in beneficium preſtare, niſi ipſi petiſſent. Hujus rei teſtes ſunt, *Wolfhart*, *Perhtricus*, *Engilman*, *Engilhoh*, *Egino*, *Waltherus*, *Adalwart*, *Anthugi*, *Otmunt*, *Wimunt*, *Friderich*, *Lantfrid*, *Sigihart*, *Ebermunt*, *Diethalm liber homo*. Acta ſunt hec ſub Abbate *Goteh.* & *Sigmaro* Advocato II. -- die dedicat. ſancti Benedicti. -- Reginherus & quidam hujus familie tradidit predium ſuum in Perhtingen XI. Iugera.

Notum ſit omnibus viventibus pariterque ſupervenientibus, quod Sigihardus quidam hujus familie tradidit manſum unum in Villa Windorf ad altare ſancti Benedicti pro annona filii ſui Attonis presbyteri. In ſupradicti Sigihardi manum fuit idem predium delegatum, ex traditione cujusdam hujus familie Sounberti nomine. Moris namque tunc temporis erat, ne quis auderet ſervus ſancti Benedicti predium ſuum tradere cenſuali femine, ſed uni ex familia, aut certe Mulieri libere. Hac Cauſa accidit ut predictus Sounpertus delegaret manſum unum ſitum in Windorf in manum Sigihardi tradendum, quo illum rogarent filii filie ſue Giſale, quam idem Atto presbyter duxerat Uxorem. Accidit autem ut moreretur predicta Giſila, & Hatto presbyter cum manu filii ſui Jacob, & Sighardi, tradidit ex ſuo jure predium ad altare ſancti Benedicti pro annona filii ſui Jacob, & commemoratione ſui & uxoris ſue omniumque amicorum ſuorum. Hoc teſtantur *Engildio*, *Dietricus*, *Engildio*, *Albericus*, *Lantfrid*, *Oudalhart*, *Oudalricus*, *Gerhart*, *Perolf*, *Fridericus*, *Engilmannus*, & alii quam plures.

Engilbirc cenſualis mulier ſancto Benedicto tradidit predium ſuum ad Trubingen V. videlicet jugera cum curte. Hi ſunt teſtes. *Perhtricus*, *Sigihardus*, *Reginherus*, *Lantfridus*.

Wolfhe-

Wolfheri rogatu fratris ſui Wolfregil poteſtativa manu dedit ad Altare ſancti Benedicti pratum in Lechuelde pro remedio anime ſue & fratris omniumque amicorum ſuorum. Iſti ſunt teſtes. *Remhinc*, *Ougo*, *Perhtric*, *Routmunt*, *Engilfrid*.

Anno ab incarnatione Dominici MLVII. quidam vir nobilis, *Reginbertus* nomine, tradidit ad altare ſancti Benedicti manſum unum in loco *Hulwi* ſitum, juxta villam *Allingen*, pro commemoratione fratris ſui *Gotehelmi* qui in hac Eccleſia conditus jacet. Illius rei teſtes ſunt: *Starchant* ſubadvocatus, & filius ejusdem *Reginberti Oudalricus*, ex familia ſancti *Quirini*, ex familia ſancti *Benedicti*, *Engildio*, *Adelbero*, *Engilbertus*, *Albricus*, *Otmunt*.

Notum facimus preſentibus & futuris, qualiter quedam nobilis femina, *Adalbirn* nomine, dedit predium ſuum in villa, que dicitur *Reine*, viro ſuo *Meginhardo*, poſt amborum mortem, filiis hujus familie tradendum. Iſti ſunt teſtes, *Signarus & frater ejus Bernhart*, *Chadolt*, *Roudolfus & frater ejus Rihbertus*.

Dietherus presbyter, ob recordationem ſui parentumque ſuorum, partem predii ſui in villa Hoſtat delegavit ad altare ſancti *Benedicti*, partem etiam filiis reliquit. Hi ſunt teſtes: *Gotehalm*, *Routmunt*, *Otmunt*, *Walker*.

Notum ſit omnibus, quod *Remphingo* quidam nobilis dimidium manſum in *Trubingin* cum VIII. jugeribus injuſte a *Gotehelmo* Abbate mutuavit, quem idem pie memorie Abbas poſtea ab eodem receptum in jus proprium & Eccleſie reſtituit. Hujus rei teſtes ſunt: *Bernhart*, *Gotehelmus*, *Oudalkerus*, *Liubolf*.

Racholfus quidam hujus familie tradidit ad Altare ſancti Benedicti predium ſuum in loco *Racholfsriet* ſitum juxta caſtrum *Bi-*

ſubere pro remedio ſui amicorumque ſuorum. Hi ſunt teſtes: *Chadolt*, *Sigihart*, *Anthugi*.

Notum ſit cunctis Chriſti fidelibus qualiter quidam hujus familie, *Ratkis* nomine, tradidit prédium ſuum in villa *Phaffinhouan* ad altare S. Benedicti Iſti ſ. t., *Perhtricus*, *Reginherus*, *Sigihart*.

Sounbertus Diaconus cenſualis hujus Eccleſie tradidit ad altare ſancti *Benedicti* predium ſuum in villa *Tutingen*, pro remedio anime ſue. Iſti ſunt teſtes: *Anthugi*, *Liubolf*, *Otmunt*, *Engildio*, acta ſunt tempore *Gotehelmi Abbatis*.

Rihperht quidam hujus familie tradidit predium ſuum juris in *Reine* ad altare ſancti *Benedicti* pro commemoratione omnium amicorum ſuorum. Hi ſunt teſtes: *Perhtricus*, *Anthugi*, *Lantfridus*, *Liubolf*, *Gozrom* ea ratione, ut poſteri ejus inbeneficientur.

Num. III. ſub Abbatibus Megingoto & Ratmundo. 1062 — 1090.

Notum ſit cunctis Chriſti fidelibus preſentibus & futuris, qualiter quidam nobilis homo, *Adalbertus* nomine, delegavit in manum nepotis ſui *Adelberonis*, filii *Sigimari* comitis, manſum in villa *Manolteshuſin*, ut poſt obitum ſuum daret ad altare ſancti Bened. Poſt non multum vero temporis accidit, ut idem *Adalbertus* in pace vitam finiret, & corpus eius in loco iſto, ſecundum petitionem eius, tumularetur, & predictus Albero cum manu *Gertrudis* uxoris *Adalberti*, ſicut rogatus fuerat, tradidit idem predium ad altare ſancti Benedicti cum omnibus pertinentiis ſuis. Eadem vero Matrona *Gertrudis* voluntate Dei inſtincta & conſilio virorum bonorum, qui preſentes aderant, ex ſua parte dedit ad altare ſancti Bened. virum nomine *Woppo* & uxorem eius *Wippa*, pro ſe & pro anima viri ſui omniumque debitorum utro-

cum

cumque. Iſti ſunt Teſtes. *Sigimarus Comes & filius eius Albero, Reginpertus de Wiſpurgeriet, Reginbertus filius ſororis eius. Huc de Scowgowe, Gezini de Wilheim, Roudolfus de Otting & filius eius Rudolfus: de familia iſta Engildeo, Engibertus, Sonbertus.* Acta ſunt hec regnante *Heinrico* IIII. Rege, *Ratmundo* Abbate, *Sigimaro* advocato.

Notum ſit cunctis Chriſti fidelibus preſentibus ſcilicet & futuris, qualiter *Sigimarus iuvenis Comes*, tertius advocatus noſter, tradidit ad altare ſancti Bened. predium ſuum, quod habuit in villa *Phrumare*, cum omnibus pertinentiis ſuis, pro ſe & pro anima fratris ſui *Adelberonis* interfecti, qui ei idem predium dereliquit huc tradendum fratribus hic Deo ſervientibus, ſeu pro animabus omnium propinquorum ſuorum defunctorum. H. r. t. ſ. *Atto Miles, Adalbero frater eius.* Item *Adelbero de Sefitten; Oudalricus de Owea, Oudalricus Zant Suevus, Maganus de Lochuſin, Roudigerus, Otto, Leo frater eius, Chadolt, Meginhart, Houpertus, & frater eius Giſilheri: de familia autem Engilram, Engildio, Engelbertus, Otmunt, Etich, Goteſcalcus, Peryhart, Dietricus, Liubolf & filius eius Liubolf, Albrich, Alapolt.* Eodem die *Adalbero Miles frater Atonis* tradidit tale predium, quale habuit in villa *Chrouwilingen* pro ſe & uxore ſua, & poſt amborum vitam, fratribus in *Burenſi* loco Domino ſervientibus ſerviendum. H. r. t. ſ. qui & ſupra. Hec acta Dominica die in translatione ſancti Bened. ſub Abbate *Ratmundo*.

Notum ſit cunctis fidelibus Chriſti, qualiter quidam liber homo, *Ingram* nomine, tradidit ad altare ſancti Bened. tale predium, quale habuiſſe videbatur iuxta *Richilinga*, nomine *Albratismos*, pro commemoratione ſui, amicorumque ſuorum vivorum ſeu mortuorum. Iſti ſ. t.: *Prûn, Rathis, Hadiwin.* Ex familia ſancti Bened. *Engildio & filius eius Bernhardus, Meginhardus, Reginbertus.* Acta ſunt hec ſub Abbate *Ratmundo* & advocato *Bernhardo*.

Notum ſit omnibus viventibus futuris & ſupervenientibus, quod quidam nobilis homo, *Woluoldus* nomine, dedit predium ſuum preſente uxore ſua *Adelheida*, *filiabusque Werenthilda & Liuza*, in villa que *Trubingen* dicitur, in manum cuiusdam amici *Perhtoldi*, eo pacto ut poſt mortem amborum, traderet ad altare ſancti Benedicti. Repente itaque evenit obitus utrorumque, datumque eſt predium ad altare ſancti Benedicti a viro *Perchtoldo*.

Notum ſit preſentibus & ſupervenientibus, quod Dominus *Gotelboldus de Telingen* nobilis homo tradidit nobis predium ſuum, quod habuit apud Cucunberch, ſub his Teſtibus: *Poppo Comes advocatus noſter*, *Berchtoldus Comes frater ipſius*, *Eberhardus de Herrenhuſen*, *Eberhardus de Askeringen*, *Berchtoldus de Uſelindorf*, *Chounradus de Brunnen* miniſtarialis advocati noſtri, *Bernhardus de Wilheim*, *Egilolfus de Mahtoluingen*, *Deginhardus de Seuelt*, *Oudalſcalcus de Ebroluingen*.

Tradidit nobis etiam Dominus *Gotefridus de Antorff* nobilis homo predium ſuum, cum duabus filiabus ſuis, ad *Salamanesſchirichen* prope fluvium *Stroge*, ſub his Teſtibus: *Otto frater advocati noſtri Poponis & Berhtoldi*, *Gebolf de Askeringin*, *Dietricus Galle & Gotefridus miniſteriales advocati noſtri*. Miniſteriales autem huius Eccleſie: *Bernhardus de Leinegreben & filius eius Waltmanus*, *Berehardus de Burin*, *Berhtoldus de Puhile*, *Engilmarus de Ubingen*, *Geruuc de Huſteren*, *Bernhardus de Riet filius Oudalrici*, *Bernhardus cognomento Mulehhare*, *Sigmarus*, *Eberhardus Faber*, *Heinricus*, *Rapote de Antorf*.

Num. IV. ſub Abbate Conrado. An. 1116.

Teſtes traditionis quam *Dominus Udalricus de Elſendorf cum uxore ſua Chuniguuda & filia Richizo* fecerunt ad aram ſancti Benedicti, poſſeſſionum ſuarum in *Elſendorff*, *Liutkirrichin*, *Surgeloch*, *Schaltin*, *Tegendorf &c. Chounradus Salzburgenſis Archiepiſcopus*, *Hiltipoltus Cu-*

cenſis Epiſcopus & Bertoldus advocatus, qui hec omnia ſuo iure defendenda ad altare ſancti Benedicti ſuſcepit. Deinde nobiles viri ducti ſunt in teſtimonium: *Arnoldus de Lucilſtettin*, *Albero de Morlenbach*, *Richere de Reginrut & frater eius Oudalſcalcus & Nortpertus*, *Otto de Brinsſurch*, *Eberhardus de Herrenhuſin*, *Egelolfus de Machtolfingin*. Et Miniſteriales Salzburgenſes, qui interfuerunt Epiſcopo ſuo: *Liutwinus*, *Adelbero* & *Babo* (*de Haſibach*). Et Miniſteriales Bertoldi Comitis: *Heinricus de Brunnen*, *Bertoldus de Almuntingin*, *Grifo & Liutfridus de Anedehts*, *Roudolfus de Veldoſingin & Udalricus de Huſin*, & alii quam plures, *ſed & Arnoldus de Muniſingin*. Miniſteriales autem huius Eccleſie: *Liubolfus & filii eius Bernhardus & Eberhardus*, *Heinricus & filius eius Bernhardus*, *Albericus de Buſile & filius eius Oudalricus*: Item *Gerold & Engelbertus de Buſile*, *Rapoto & frater eius Adelbero de Hovekeim*, *Oudalricus de Rieth*, & alii quam plures popularium.

Num. V. ſub Abbate Walthero. 1138.—1168.

Legitimum concambium, quod factum eſt inter *Waltherum* Abbatem *Burenſium & Bertholdum* Comitem advocatum noſtrum, litteris annotamus, ut preſentibus & ſupervenientibus rerum geſtarum certiora documenta prebeamus. *Uiſcon* quidam vicus eidem Comiti eſt traditus cum ſuis appendiciis, tradente ipſo *Houhenraine*, cum queſitis & inquirendis, que ſui iuris eſſe viſa ſunt. Accepit etiam ab Abbate, non commutationis iure neç beneficii, ſed amicitie gratia, & licentiali permiſſione, tantum ſibi in vitam ſuam, & non liberis nec ſucceſſoribus ſuis predium noſtrum *Uroutingen*, & *Drouzelingen*, & *Molendinum Mulevelden*. De concambio vero ea ſola interpoſita eſt conditio: Si Comes abſque liberis vita ſecedat, utrumque predium Buronenſi Monaſterio deſerviat, nec quisquam id fieri equitatis ratione prohibeat. Teſtes h. r. ſ. *Bernhardus de Wilheim*, *Deginhardus de Seuelth*, *Siboto de Baierbrunen*, *Oudalſcalcus*, *Heinricus*, *Werinhere*, *Oudalſcalcus*, *Ebroulvingen*. Miniſteriales advocati: *Goteſcalcus*, *Luduwicus*, *Eberhar-*

dus

dus de Hohenraine, *Berhtoldus de Almuntingin*, *Berhtoldus de Huſin*, *Choumradus de Herrenhûſen*, *Bero de Muſingin*. Miniſteriales ſancti Benedicti: *Bernhardus de Lainegreben*, *& filius eius Waltmanus*, *Eberhardus de Huſeren*, *Adelbero de Houehaim*, *Brûn de Uſelendorf*, *Qudalricus*, *Chounto de Viſcon*, *Richere de Burinberch*, *Dietbaldus de Huſin*.

Notum ſit cunctis ſcire volentibus, quod Dominus *Arnoldus de Luceiſtetten* tradidit nobis predium ſuum in eodem loco *Luceiſtetten* manſum ſcilicet unum & dimidium; & molendinum apud *Aſpach* cum dimidio manſu, aream prope Eccleſiam & duos agros cum contiguo nemore. T. h. r. ſ. *Bernhardus de Route & filius eius Bernhardus*, *Chounradus Comes de Valaie*, ubi & traditio facta eſt per manum Domini *Bernhardi de Route*, *Geroldus de Othmâreshart*, *Tageno de Vagene*, *Alban de Seſſenchaim*, *Ottze de Valaie*, *Eberhardus de Mouterichingen*, *Siboto de Glane*. Miniſteriales huius Eccleſie: *Engilbertus de Puhile*, *Eberhardus de Huſeren*, & alii quam plures.

Quoniam generatio preterit, & generatio advenit, ob reformandam ſupervenientibus memoriam litteris annotamus, qualiter quidam nobilis homo *Arnoldus* nomine *de Asbach & de Luceiſtetten*, predium, quod a parentibus in *Suevia*, *Aichaim* ſcilicet dictum, iuxta *Hylaram* fluvium & in aliis locis dilatatum, hereditario iure ad ſe tranſmiſſum, hereditavit, quodque *Welf* Dux nil iuris habens, violenter Matre *Arnoldi* eiecta, ſue ditioni vendicatum, ad altare ſancti Benedicti in loco Burenſi, pro redemptione anime ſue parentumque delegaverit; hac interpoſita conditione & ſpe, ut ſi ipſi invaſores qui idem predium iniuſte poſſident, quandoque, Dei gratia aſpirante, reſipiſcant, & ſe pecaſſe confiteantur, domini Abbatis fratrumque inibi commorantium interventu divine propitiationis gratiam conſequantur; ita tamen ut predio dimiſſo vel precio dato aut digno concambio facto, Deo ſueque ſanctiſſimo confeſſori reconcilientur, ne in die iudicii durius reddere cogantur. H. delegationis t. ſ. *Egilolf de Mochtolfingen*, *Gewolf de Aſheringen*, *Cunrath*

rath

rath & frater eius Heinrich de Brunnen, *Eberhart de Huſeren & frater eius Gerunc*, *Bernhart de Lainegreben*, *Etich de Lucelſtetten*, aliique quam plures. Facta eſt autem traditio iſta anno incarnationis Dominice MCXLIII. V. Id. Fębr. huic loco preſidentibus *Walthero* Abbate & *Berktoldo* advocato.

Ego *Etich* alludentis & deludentis inſtabilitatem mundi conſiderans, & quia non ſunt, que in hoc mundo perpetuo durare poſſint perſpectans, premia futurorum bonorum adipiſci deſiderans, trado ad altare S. Benedicti proprios ſervos & ancillas, *Heinricum & Luibmannum*, *Irmingardam & Bertham* ea conditione, ut vir ſingulis annis decem denarios & femine quinque perſolvant. Nullusque Abbatum tam preſentium quam futurorum habeat poteſtatem tam ipſos quam ſucceſſores eorum in beneficium alicui preſtare & hoc preſenti cyrographo rogavi confirmari. H. r. t. ſ. *Conradus advocatus*, *Dyetericus de Brunnen*, *Manegolt & Gotſgalc frater eius*, *Werinharus de Iſingove*, *Berehardus*, *Luitfridus* miniſteriales, *Rudegerus de Steingove*, *Engelbertus de Buchile*, *Sigimarus preco*, *Bernhardus ſutor*.

Idem *Etich* delegavit Deo & ſancto Benedicto fratribusque ſibi ſervientibus predium ſuum in *Allingen*, manſum unum, & eo amplius, cum conſenſu Domini ſui *Arn de Lucelſtetten* per manum Domini *Gebolfi de Askeringen*, pro commemoratione ſui & omnium fidelium defunctorum. Teſtantur hec *Chounracht & frater eius Heinrich de Brunnen*, *Berehar
ht & frater eius Eberhart*, *Bernhart & filius eius Waltman*, *Engilbertus de Buhile*, aliique multi.

Gunthalm huius familie quidam tradidit huic Monaſterio omne predium quod habuit ad *Witipuhele* & prope *Nuwenrieth*, accepto pretio pro hoc. H. r. t. ſ. *Berehardus*, *Bernhardus*, *Eberhardus*, *Gotehalm*, *Groxze*, *Riekere*, & alii multi.

Dietricus huius familie quidam tradidit Domino & ſancto Benedicto ad *Eginrieth* tria iugera. Hoc teſtantur. *Burchardus*, *Bernhardus ſutor*, *Sigimar faber*, & *Goteſcalk frater eius pictor*.

Tradidit Deo & ſancto Benedicto *Gotfridus* quidam de *Bozan*, acceptis quinque talentis a nobis, vineam unam in *Bozan* adiacentem illic domui noſtre. H. r. t. ſ. *Berengerus*, *Outwin*, *Routbertus*, *Adam*, *Adelbertus*, *Heinricus*, *Hecil*, *Engilmar*, *Erlewin*, *Loupreht*, *Gotili*, *Chunradus*, *Bozan*.

Anno Domini noſtri Ieſu Chriſti MCXLVIIII. indictione XII. VII. Kal. Octobris & regnante *Chuonrado* Rege anno XI. *Iohannes filius Buzinne de Rufian*, conſentiente uxore & filiis, dedit nobis vineam unam in villa *Rufian* in loco, qui dicitur *Platilles*, pro redemptione anime ſue & patris, preſente advocato *Adalberto*, qui eam in defenſionem accepit. H. r. t. ſ. *Wecil*, *Schwiker de Malles*, *Hartwic de Scennon*. *Dietmar de Sengilis*, *de Rufian Kat. Miniguze*, *Adam*, *Miniguze*, *Miniguze*, *Symon de Tyroles*, *Iohannes*, *Leo*, *Genze de Rufian*, *Arbo*, *Hecil de Tyroles*.

Engilbertus de Puhile cum filio ſuo partem ſuam prati & partem fratrum ſuorum *Dietrici* & *Othmundi* ab eis comparatam adiacentem prato noſtro, qui dicitur *Anger*, re contraſignavit etiam beneficium ſuum in manus Domini *Waltheri* Abbatis quod habuit ad *Langenowe*. Teſtes huius facti ſunt, *Burchardus* & *Bernhardus de Riet*, *Adalbero de Puhile*, *Heinricus*, *Tuchilman*, *Goteſcalchus pictor*, *Meginhardus faber*. A. D. MCLI.

Ego *Degenhardus* trado ad altare ſancti Benedicti in loco Burenſi pratum iuxta villam *Uneringen* ſitum pro redemptione anime mee & parentum meorum, omniumque fidelium defunctorum. T. h. r. ſ. hii. *Berinhart de Wille*, *Roudeger de Bouch*, *Heinricus cognomento Boimunt*, & *frater eius Sigifridus*, *Bernhart de Lainegreben*, *Eberhart*

de

de Huſeren, *Alewic de Etinhoven*, *Weriant de Egiſingen*. Anno incarnationis Dominice MCXLIIII. facta eſt hec delegatio iſta in preſentia Domini *Walthери* Abbatis.

Notum ſit preſentibus & ſupervenientibus ſcire volentibus, *Goteſcalcum* nobilem virum predium ſuum ſancto Benedicto Burenſi patrono, quod videbatur in *Sconebach* hereditatis iure poſſediſſe, tali ratione & conditione tradidiſſe, ut non habeat Abbas poteſtatem exinde aliquem inbeneficiare, vel alicui vendere vel concambire: quod ſi aliter factum fuerit, *Altoum frater eius Goteſcalci* habeat poteſtatem predium hoc invadendi, & in uſus ſuos convertendi, datis tunc probabilioris monete decem talentis ſuper altare ſancti Benedicti, & ſic omni remota contradictione perpetualiter poſſideat, eandemque conditionem ſue poſteritati transmittat. Huius conditionis & traditionis ſunt hii teſtes: *Pilgrim de Eskinowe*, *Goteſcalh de Tambach*, *Perhtolt & frater eius Wittigo de Peringen*, *Lanfrith & frater eius Hadewin de Mezemeiringen*, *Otto de Phafinchirchen*, *Werinherus de Arnowe*, *Hawart de Sconebach*, *Roudolfus de Brückke*, *Roudegerus de Wetilincheim*, *Werinhere*. Miniſteriales huius Eccleſie: *Berehart*, *Bernhart de Lainegreben & frater eius Hartmandus de Auguſta*, *Gotehalm cognomento Grozze*, *Hartmandus pictor*, *Eberhardus faber*, *Adalbero de Antorf*, *Bernharth pictor*, *Goteſcalch cognomento Lugenare*, *& frater eius Bernharth*, *Goteſcalh viator*, & alii quam plures. Acta ſunt autem hec anno Dominice incarnationis MCXLVII. in preſentia Domini *Waltheri* Abbatis.

Notificamus tam preſentibus quam ſupervenientibus, Dominum *Northertum* nobilem virum pro remedio anime ſue & omnium parentum ſuorum defunctorum *Molendinum in Regenrieth* cum adiacente prato & predio, & vineam in *Bozana* villa, que eum in diviſione fratrum ſuorum contigerat, Domino & ſancto Benedicto fratribusque ſibi in Burenſi loco ſervientibus contuliſſe, ea ſcilicet conditione, ut

Abbas non poſſit ulli in beneficium preſtare, nec etiam niſi pro maiori utilitate Monaſterii vendere: quod ſi hec conditio fuit violata, proximus cognationis ſue, dato aureo denario ſuper altare ſancti Benedicti, poſſideat, quaſi a progenitoribus hereditata. T. h. r. ſ. hi: *Richere de Hohenekk*, *filius fratris ipſius Nortperti*, *Eberhardus de Herrenhuſen*, *Hartmannus de Williburgerieth*, *Adelbero de Hagebach*. Prepoſitus & Miniſteriales huius Eccleſie: *Bernharth de Lainegreben*, *Eberhardus de Huſeren & frater eius Berehardus*, & alii multi. *Etich de Lucilſteten*, *Engelbertus*, *Degenhardus*, *Eberhardus pictor Puhilenſis*, *Oudalricus & filius eius Bernhardus de Rieth*, anno Domini MCLXVIII. ſub Abbate *Walthero*.

Notum ſit omnibus hominibus, quod *Engilburch* ſoror *Dietrici de Eginrieth*, iſtius familie predium ſuum, quod illic hereditavit, partem ſcilicet illius predii, quod frater ſuus ante tradiderat, Deo & ſancto Benedicto fratribusque ſibi ſervientibus pro remedio anime ſue contulit. Teſtes ſunt hii: *Deginhart de Buhile*, *Goteſcalh pictor*, *Bernhardus ſutor*, *Heinricus*, *Tuchilman*, *Einwich*, *Engelbertus Roubaire*, *Chounradus ſutor*, *Heriman villicus*.

Notificamus cunctis ſcire volentibus, quod Dominus *Roudegerus de Bouch* tradidit Deo & ſancto Benedicto ſibique famulantibus in loco Burenſi, predium ſuum, quod habuit ad *Aich* cum filio ſuo, poteſtativa manu, remota omnium conditione, ſub his teſtibus, *Nortpertus filius Domini Bernhardi de Wilhaim*, *Roudegerus de Secheringen*, *Berekardus & frater eius Gerungus*, *Bernhardus de Rieth*. Tradidit etiam ſub eisdem teſtibus *Oudalricum*, qui ipſum predium excolebat cum uxore & filiis. Delegavit & alia vice idem *Roudegerus* Domino & ſancto Benedicto propriam ancillam nomine *Herradam* cum filiis ſuis, uxorem ſcilicet *Oudalrici* filii *Diethalmi* ad perſolvendum ſingulis annis cenſum ſuum. H. r.

t.

t. ſ. *Berhtoldus filius ipſius Roudegeri*, *Deginhardus & Chounradus de Bouch*, *Berhticus faber*, *Richere*, *Berehardus*, & alii plures.

Tradidit ſe quidam nobilis homo *Adelwart* nomine de *Frouitingen*, ad altare ſancti Benedicti ſingulis annis cenſum ſuum perſolvendum. Teſtes ſunt hii: *Reginhart de Erringen*, *Dietricus Pero*, *Bernhardus de Rieth*.

Oudalhardus & filius ejus Dietricus de Eginrieth tradiderit nobis illic in ipſa villa quosdam agros pro redemptione animarum ſuarum. Teſtes hujus rei ſunt hii: *Chounradus*, *Richere*, *Otmunt*, *Pertholt*, *Lanfrid*, *Engillont*, omnes *de Secheringen*, *Engelbertus de Puhile*.

Notum facimus omnibus ſcire volentibus, *quod Pero de Tuxxingen* tradidit predium ſuum in *Zeizmanningen*, per manum *Geboldi de Aſcheringen*, Deo & ſancto Benedicto, & in beneficium recepto usque ad terminum vite ſue, ob teſtimonium traditionis ſingulis annis nummum perſolvit. H. r. t. ſ. Iſtius Eccleſie Miniſteriales *Berehardus & frater eius Eberhardus*, *Waltmannus*, *Luitfridus*, *Heinricus*, *Oudalricus & filius eius de Rieth*, *Sigimarus*, *Berhtoldus de Perge*, *Engelbertus & frater eius Sigihardus de Puhile*, *Dietricus Pero*, *Geberhardus Mezze*, & alii multi.

Notum ſit cunctis Chriſti fidelibus, qualiter quidam Miniſterialis Comitis *Heinrici*, *Roudegerus de Wetilnchaim*, tradidit ad altare ſancti Benedicti per manum Domini *Gotfridi de Antorf* liberi ſcilicet hominis predium ſuum ad *Erloch*, quod pro condigna pecunia poſſederat, pro remedio anime ſue ſuorumque parentum. H. r. t. ſ. *Comes Perhtoldus advocatus noſter & Otto frater eius*, *Deginhardus de Sevelt*, *Gotfridus de Antorf eiusdem predii delegator*, *Amelbertus de Lochuſen*, *Otto de Aſcheringen*, *Oudalſcalchus de Uffilndorff*, *Eberhardus ſubadvocatus*, *Ortwinus de Fruetingen*, *Berhtol-*

dus de Hohenreine, *Oudalſcalchus de Nidernhoven*, *Dietrious frater eius de Huſen*, *Arn de Ruetkiſſe*, *Prun de Uffilndorf*, & alii quam plures. Facta ſunt hec ſub Abbate *Walthero*, *advocato Berhtolde* Comite.

Notum facimus tam preſentibus quam ſupervenientibus hominibus, qualiter quidam liber homo, *Engilram de Telingen*, delegaverit predia ſua, *Telingen*, *Nezſtal*, Hobeſtorf, ad altare ſancti Benedicti pro remedio anime, patris ſui, & omnium parentum ſuorum, ſi absque *uxore vel herede compare*, *vel ſuperiore*, vita diſceſſerit. Hoc teſtificantur, *Chounradus de Gozoltshuſen*, *Adelbertus de Pfaffenhoven*, *Roudegerus de Bouch*, *Meginhardus de Maishake*, *Chounrad de Giſingen*, *Chounrad de Mamendorff*, *Berhtoldus de Mouterſpach*, *Heidinricus de Bouchaim*, *Heinricus de Piugern*. Item *Heinrich de Piugern*, *Pilgrimus de Tannen*, *Oudalſcalchus de Mouterſpach*.

Quidam homo *Guntherius* nomine, cum uxore *Engilburga*, & liberis tale predium, quale habuerunt in *Legenberch* in vadium trium talentorum delegaverunt, ea conditione, ut ſi a propinquis eorum in poſterum queſtio pro eodem prediolo nata fuerit, tria talenta probabilioris monete Monaſterio perſolvant, & predium equitatis ratione retineant. H. r. t. ſ. *Hermanus de Sindilsdorf*. Item Miniſteriales *Comitis*, *Eberhardus ſubadvocatus*, *Rauenolt*, *Albero villicus de Sindilstorf*.

Notificamus tam preſentibus quam ſupervenientibus, qualiter quidam Miniſterialis ſancti Benedicti, *Alawinus* nomine predium ſuum in *Ettinhoven*, in manum *Ortolfi* cognati ſui delegaverit, ut quocunque filii ſui *Witigonis* petitio concordaret, illuc, remota omnium conditione & refragatione, contraderet; cuius premonitus petitione ad altare ſancti Benedicti in preſentia Domini *Waltheri* Abbatis ſub his teſtibus delegavit. *Ortolfus* delegator eiusdem

pre-

predii, *Adelbertus de Reine*, *Nithardus tornator de Berhterskademe*, *Reimbertus Vihirude*, *Adalbero Napulle*, *Dietricus Uierſtallare*, *Dietricus ſervus Luitfridi*.

Innoteſcimus cunctis ſcire volentibus, qualiter cenſuales ſancti Benedicti, *Oudalricus* ſcilicet & *Gerrat*, partim neceſſitate, partim etiam ſalute anime ſue duos agros in *Reine* ad altare ſancti Benedicti tradiderint. Huius traditionis teſtes ſunt, *Engelbret de Puhile*, *Bernhardus ſutor*, *Herimannus*, *Adelbertus & Rapoto de Sindelsſtorf*.

Notificamus tam preſentibus quam ſupervenientibus cuiuscunque iuris ſint hominibus, qualiter quidam *Berhtoldus* Miniſterialis ſancti Benedicti predia, que iuſta & legitima poſſeſſione poſſedit, poteſtativa manu ad altare iam dicti ſancti, remota omnium contradictione, delegaverit, qualiterque ea, quibus ab Eccleſia noſtra inbeneficiatus exſtitit, ad altare idem tradidit, & qualiter mancipia, que hereditario iure poſſederat, cum his que in beneficium ab Abbatibus noſtri loci perceperat, cum prediis & beneficiis, ea conditione ſancto Benedicto tradiderit, ut a ſervitio fratrum inibi Domino famulantium neque ab Abbatibus, neque ab advocatis, neque a qualibuscunque perſonis, vel concambio vel beneficio, aut ullo pretio vel quolibetcunque modo poſſint divelli. Hanc autem traditionem pro anima ſua, & patris ſui *Goteſcalchi & Regenfridi* avunculi ſui, iterumque *Regenfridi* avi ſui, & pro animabus totius cognationis, & pro omnibus fidelibus defunctis noveritis factam, & ita ſtabilitam, ut quicunque contra eam temere venire preſumpſerit, vinculo anathematis Domini *Eugenii* Pape perpetualiter damnandus ſit, ſi non quantocius reſipuerit. Hec autem predia & beneficia in his locis ſunt ſita, *Buhilin*, *Chunigeſowa*, *Puochova*, *Staimbach*, *Rieth*, *Sindelſtorf*, *Hagena*, *Secheningen*, *Phaphenhoven*. H. r. t. ſ. *Berhtoldus Comes*, *Heinricus*

ricus de Scovenburch, Gotfridus de Antorf, Oudalſchalchus de Uſſelendorf, Otto de Aſcheringen, Richerus & frater eius Adebero & Gebehardus de Hohinburch. De Anedehs, Liutfridus, Ortwin, Eberhardus, Bernhardus & filius eius Waltmannus de Lainegreben, Hartmannus de Auguſta, Perchardus & filii eius Adelbero, & Otto, Oudalricus de Puhile, Oudalricus de Lainègreben, Gerungus & Eberhardus de Huſeren, & alia quam plurima multitudo tam Cleriçorum quam Laicorum. Antequam huiusmodi delegatio fieret, idem *Berhtoldus* molendinum in *Puhilin* cum curtalibus & VI. agris exceptive ſue poteſtati retinuit, que poſtmodum cuidam *Irmengarde*, remota omni refragatione, in proprietatem contradidit: IIII. agros in *Stainbach* Eccleſie in monte ſancti Georgii *Puhilin* delegavit. Facta ſunt autem hec anno MCXLVIII. indictione VIII. tempore *Chounradi* Regis, in preſentiarum Domini *Waltheri* iſtius loci Abbate, & advocato *Berhtoldo* Comite; feliciter, Amen.

Notum ſit omnibus Chriſti fidelibus tam preſentibus quam ſupervenientibus, qualiter *Perhtoldus Comes & Advocatus* huius loci, eterne vite deſiderio, animarumque parentum ſuorum defunctorum remedio, terminum ſilve in *Scarinze, a Liten usque Sevelt* hereditario iure ſe attinentem, Deo & ſancto Benedicto tradiderit, ea ſcilicet conditione, ut curtem in *Erlingen* adiacentem caſtro ſuo *Anedehs*, que nobis quidem frequenti incurſione ſuorum inutilis, ſibi autem utilis & oportuna videtur, ad terminum vite ſue ſibi delagatam recipiat, nec in poſterum quisquam ſuorum liberorum ex eadem curte quid proprietatis aut ſervitii retineat, ſed ſancto Benedicto ſibique famulantibus, remota omni refragatione, utrumque predium in perpetuum permaneat. H. r. t. ſ. *Deginhardus delegator eiusdem ſilve de Sevelt, Engilram de Telingen, Siboto de Baierbrunen* Miniſteriales huius Eccleſie, *Berehardus Weriandus de Egilingen & filius eius Eberar, Waltmannus de Lainigre-*

gethen. Miniſteriales *Comitis Berhtoldi*, *Eberhardus ſubadvocatus*, *Griſo de Unigen*, *Ekihardus de Tanchirichen*, *Sigimarus de Wachcheringin*, *Ortolfus de Garwiwicen*, *Tuto de Sevelt*, *Pilgrim de Paſingen*, *Hartmannus de Uffelendorf*, *Sigimarus faber*, *Goteſcalcus pictor*, *Bernhardus aurifex*, *Ramunch de Askeringen*, *Egilolfus de Erinsburch*, *Sigihardus de Puhile*, & alii quam plures.

Noverit univerſus Eccleſie kattholice Senatus, qualiter *Sunpertus de Mounichin* tale predium quale *Swabhuſin in* hereditario iure poſſederat, & quod a fratre & à ſorore *jure fori* in proprietatem perceperat, beato Benedicto poteſtativa manu tradidit; ea interpoſita conditione, ut beneficium in *Wachrpin* quoadusque deſervire poſſit, remota omni contradictione, libere poſſideat. Sed & filius eius *Heinricus*, ſi uxorem ducat, que B. Bened. quoquo pacto attineat, ſi jus beneficii perſolvat, quoadusque vivat, idem beneficium non amittat. H. r. t. ſ. *Chounradus de Irisbourc*, & *Gerungus* & *Eberhardus*, *Waltmannus de Houiſirn*, & alii quam plures coloni ſancti Benedicti. *Bernhardus nepos* & *Marewardus*, *Chounradus faber*, *Miniſteriales*. *Rudegerus ſervus Abbatis*.

Ego *Meregart* cernens mundum in maligno eſſe poſitum; ne ſimul fugientem ſequar, labenti inhaeream, ad portum Monaſterii confugio, prediumque quod *Arhinrieth* dicitur, per manum Domini *Hartmanni de Tutinhuſin*, Deo & S. Benedicto una mecum fideliter offero. Hoc teſtantur *Hartmannus* delegator prædii. Miniſteriales Eccleſie: *Gerungus de Huſerin*, *Brun de Ufelendorf*, *Bernhardus de Rieth*, item *Bernhart Malachara*, *Pero ſervus Gerungi*.

Quidam miles *Pabo nomine de Otilingin* predium ſuum *Rieth* dictum, ſitum inter medios fines *Hagene* & *Rutkiſſe*, *S. Benedicto* dare decrevit, ſed infeſtatione inimicorum provincia decedens Aquilegiam adiit. Ubi infirmitate depreſſus, recordatus eſt voti quod

nondum perſolverat: aſcitoque colono Aquilegienſi *Paginulfo* nomine, qui ſibi familiaris extiterat, in manus ejus predium predictum S. Benedicto tradendum delegavit. Interea vi Febrium plene depulſa cum eodem *Paginulfo Bawariam* revertitur. Votum quod voverat per eundem ſancto Benedicto perſolvit. Hujus rei teſtes ſunt *Adalbero de Morlbach*, *Heinricus aurifex de Lainegreben*, *Diethalm*.

Tradidit nobis *Dietricus de Stainbach* duo jugera, pro anima fratris ſui defuncti, ſub his teſtibus: *Lantfridus & Heinricus filius Sigall*, *Adalbero Chruſinflec*. Omnes de *Stainbach*.

Quidam hujus Eccleſie famulus *Otto* nomine, vite labentis incertudinem perpendens, predium ſuum quod *Inſtadelaren* habere videbatur, uxore & liberis, *Ottone* videlicet & Aribone, conſentientibus, in manus *Meginhardi* cognati ſui S. Benedicto tradendum delegavit. Hujus rei teſtes ſunt: *Adalbertus Parrochianus de Guttingin*, *Heinricus Clericus de Bibersbach filius Dietrici*, *Gelfrat*, *Maginher*, *Wolfram*, *Berthold*, *Oudalric*, *omnes de Gutingin*. Paucis dehinc revolutis diebus, *Otto* predictus veniens una cum *Meginher* delegatore predium ad altare S. Benedicti tradiderunt. Hoc teſtantur *Deginhardus de Seevelt*, *Deginhart filius ejus Miniſteriales hujus Eccleſie Waltmannus*, *Oudalricus de Lainegreben*, *Luitfridus*, *Bernhart de Rieth*, *Sigihardus de Puchile*, *Engelbertus frater ejus*, *Dietricus preco*, *Tuto de Sevelt*, *Bernhart Sutor*, *Adalbero Zwicho*.

Wicpertus miniſterialis hujus Eccleſie neceſſitate coactus predium ſuum *Windinhule* vendidit, & digno accepto pretio, ad altare S. Benedicti tradidit. H. r. t. ſ. *Waltmanus de Lainegreben*, *Engilbertus & frater ejus Sigihardus de Puhile*, *Dietricus preco*, *Gebehardus Mezze*.

Noverint univerſi Chriſti fideles, quod Dominus *Gotfridus de Antorf*, tradidit Deo & S. Benedicto, per manum *Aribonis* filii

ſui

ſui & uxoris ſue, predium ſuum apud *Suirgloch*, quod ſibi in proprietatem venerat a Domino *Henrico Comite*. Hec delegatio facta eſt, remota omnium contradictione, ipſa die qua ſepultus eſt in hoc loco, ſub his teſtibus: *Oudalſcalcus de Uſtindorf, & ipſe Aribo delegator, & frater ejus Oudalricus. Hujus autem Eccleſie miniſteriales Gerungus de Haſeren, Waltmannus de Lainegreben, Prun & frater ejus Albero, Oudalricus de Puhil, Roudegerus de Stainbach, Diemar & frater ejus Ekkehard de Celle, Ortolfus de Antorf, Bernhardus de Riet*, item *Bernhardus*, qui dicitur malahere. Poſtea autem idem predium concambitum eſt, cuidam *Meginoldo, & filie ejus de Suirgloch*, pro predio ſito in *Windihule*, ea ſcilicet conditione, ut ſi eadem filia ejus absque herede decedat, utrumque predium *in Suirgloch & in Windihule* fratribus Domino & S. Benedicto in loco *Burenſi* ſervientibus in perpetuum deſerviat. Et hoc teſtuntur *Oudalricus de Lainigrebin, Gotſcalchus de Erloch, Gotſcalchus Houbel, Aimvicus & Gebehardus noſtri Servientes, Albero cognomento Chnappe, Chounradus Piize, Chounradus de Suirgloch*.

Notificamus tam preſentibus quam ſupervenientibus, cujuscunque juris ſint, hominibus, qualiter Dominus *Albero de Houhinburch* tradidit Deo & S. Benedicto, pro legitimo concambio molendini ſcilicet in *Reginrieth*, *ſilvam in Pouchperch*, manifeſtis indiciis & terminis deſignatam & notatam. Ita tamen ut ſi ipſe absque filiis & herede vita decedat, ipſum molendinum cum prenominata ſilva Deo & S. Benedicto fratribusque inibi famulantibus, pro remedio anime ſue & omnium parentum ſuorum, in perpetuum deſerviat. Ob hoc ipſum molendinum delegatum eſt in manus Domini *Hartnidi de Stainbach*, quatenus delegatio ibi traderetur, & maneat uti, ſicuti dictum eſt, ratio & juſtitia expoſcat. Facta ſunt hec inpreſentiarum Domini *Waltheri Abbatis & Advocati Berhtoldi Comitis*. Hujus rei teſtes ſunt: *Ipſe Comes & Advocatus Berhtoldus, Aribo de Antorf, Adelbertus Zollo. Miniſteriales Comitis, Griſo de Unigin, Ludwicus de Anedeſ, Herrant de Hunſhovin, Berhtoldus Svouczugil, Oudalſcalchus*

ſcalchus Galle, *Albero & Megingozus*, *& Artolfus de Putine*, *Dietmar de Celle*, *& miles ſuus Haimo de Wile*, *Oudalricus de Wile*. *Miniſteriales hujus Eccleſie Waltmannus de Lainegrebin*, *Oudalricus Avunculus ejus*, *Hartwicus de Munigiſingen*, *Albero Avunculus ejus de Hovehaim*.

Tradidit etiam Dominus *Ritherus* frater prefati *Alberonis* predium in eadem ſilva *Poucperch*, per manum filie & fratris ſui ejusdem *Alberonis*, pro remedio anime ſue & omnium parentum ſuorum. Cujus traditionis teſtes ſunt: *Albero delegator & miles ſuus Albero cognomento Proulix*, *Oudalricus de Chumiztorf*, *Roudolfus Scarſach*, *Chounradus Stoubare*, *Gerungus de Huſeren*, *Roudegerus & frater ejus Routpertus*, *Eberhardus de Huſeren*, *Gotfridus pictor*, *Dietricus preco*, *Oudalricus*, *& frater ejus Eberhardus de Rimiſtinreine*.

Notum facimus cunctis Chriſti fidelibus, qualiter Burchardus hujus Monaſterii cenſualis, tradidit ad altare S. Benedicti, per manum *Waltmanni*, agrum, pro remedio anime ſue & omnium parentum ſuorum. Hujus rei teſtes ſunt idem *Waltmannus & avunculus ejus Oudalricus*, *Bernhardus de Rieth miles*, *Meginhardus faber*, *Bernhardus textor*, *Heinricus ſarcinator*; tradidit etiam per manum ejusdem *Waltmanni*, ſub eisdem teſtibus, *Gotehelmus*, qui dicebatur craſſus, agrum, pro remedio anime ſue & omnium parentum ſuorum.

Notum ſit omnibus hominibus quod Dominus *Oudalſcalchus Clericus de Routkiſſe* tradidit Deo & S. Benedicto predium apud *Raine* ſitum, pro remedio anime ſue & omnium parentum ſuorum; teſtes ſunt hujus rei, *Ludowicus de Anedeſ*. *Oudalricus Krebeze*, *Lantfridus de Heibach*, *Goteboldus & frater ejus Adelbertus de Raine*, *Herimannus de Raine*, *Dietricus Zaigilli*, *Albero Napulle*.

Notum eſſe volumus omnibus ſcire volentibus, qualiter Dominus *Wlfwinus de Wolfrathuſin* predium ſitum in *Aſmuntingin* quod

quod ſibi a famulo ſuo, *Ortolfo* nomine, defuncto obvenerat, S. Benedicto tradidit, pro redemptione anime ſue & Domini ſui *Heinrici* comitis & predicti famuli ſui *Ortolfi*. Idem enim *Ortolfus* cum ſe veriſſime S. Benedicti famulum ſciret eſſe, ſed in dominum alienum uſurpative deveniſſe, cum jam moreretur, aſcito domino ſuo *Wlfwino* ſub Sacramento rogavit predium ſuum S. Benedicto, cujus ipſe ſervus erat, delegaret, quod devote ſe facere ſpondens, ſub his teſtibus ſponſionem ſuam corroboravit: *Domino Oudalſcalco de Uſilindorf, & Miniſterialibus Eccleſie Waltmanno Alberone, Luitfrido, Rouperto de Stainbach, Pilgrimo de Paſingen, Perktoldus de Egolvingin.*

Noverint univerſi Eccleſie Katholice filii, *quod Ortolfus de Phaſinhovin ſive de Giltihingen*, querimoniam habens ſuper predium ſitum apud *Sibikinhúſin, quod Hartwicus de Niuuenriet* tradidit Deo & S. Benedicto, dato eidem *Ortolfo* talento, quicquid proprietatis vel juris in eo affirmabat habere, Deo & S. Benedicto condonaverit. Sed quoniam pater ſuus virum ex familia S. Benedicti vita privavit, duo mancipia, pro remedio anime ipſius, Deo & S. Benedicto tradidit. Utriusque autem rei abdicationis & traditionis teſtes ſunt: *Perktoldus Subadvocatus, & Gerungus & filius fratris ejus Eberhardus & Heinricus de Huſerin, Luitfridus de Stainbach, Albero de Houchaim, & Bernardus ſutor* & alii multi.

Notum facimus omni generationi tam preſenti, quam ſupervenienti, quod tres nobiles fratres fuerint habitantes in predio ſuo apud *Chumiztorf*, quorum unus, accepta uxore ex familia S. Benedicti tradidit ei partem predii, que ſibi in diviſione fratrum obvenerat; ea ſcilicet conditione, ut ſi ipſi absque liberis vita decederent, ipſum predium ad altare S. Benedicti in loco *Burenſi* imperpetuum attineret; ſed ut hoc ratum & firmum foret, delegatum eſt in manus cujusdam viri ex familia S. Benedicti, qui ipſum

predium ibidem delegaret, ſi ipſi absque herede de hac vita migrarent. Sed cum filium genuiſſent, ejusdem predii heredem, idem ipſe filius, jam in adulta etate, defunctis parentibus, prefatum predium, remota omnium contradictione, poteſtativa manu ad altare S. Benedicti cum delegatore ſuo, ſub his teſtibus, tradidit: *Perhtoldus Subadvocatus*, *Deginhardus de Ebrolwingin*, *Otto frater Alberonis*, *Albertus Magiſter cenſualis*, *Chounradus Sutor*, *Aimvicus*, *Roudegerus*, *Dietricus*, *Bernhardus Textor*, omnes noſtri ſervientes, & alii multi.

Tradidit ſemetipſam quedam nobilis mulier *de Pontingin* ad altare ſancti Benedicti, *Liutkart* nomine, ad ſingulis annis cenſum ſuum perſolvendum, ea ſcilicet ratione, ut ſecundum iuſtitiam cenſualium ſemper ad altare ſancti Benedicti deſerviat. T. h. r. ſ. *Berhtoldus ſubadvocatus*, *Eberhardus & filius eius Eberhardus de Huſerin*, *Gerungus frater eius*, *Waltmannus de Lainegrebin*, *Liutfridus & frater eius Routdegerus*, *Fridericus de Pontingin*, & alii multi.

Notificamus cunctis ſcire volentibus, qualiter quidam homo nobilis Leo nomine tradidit ad altare ſancti Benedicti predium ſuum in *Tinſinbach*, pro remedio anime ſue & uxoris & omnium parentum ſuorum, reſervato ſibi eiusdem predii dimidie partis uſufructuario: ea interpoſita ratione, ut nulli hominum inbeneficietur, aut vendatur, niſi pro condigno concambio commutetur. Et hoc factum eſt ſub his teſtibus: *Liutfridus de Stainbach*, *Otto de Puhile*, *Aimvicus ſpicarius*, *Herimannus de Reine*, *Heinricus Stainman*, *Eberhardus textor de Chochelin*, *Guntherus & filius eius Hartmannus*.

Noverint univerſi Chriſti fideles, qualiter quidam *Engeldie* renuntians ſeculo & proprie voluntati in loco Purenſi, tradidit Deo & ſancto Benedicto tale predium quale apud *Huſin* poſſidebat, XX. ſcilicet jugera arabilis terre. H. r. t. ſ. *Gerungus de Huſerin*, *Walthmannus de Lainigreben*, *Albero de Puhile*, *Routpertus de Stainbach*, *Riwin de Uffilindorf*, *Eberhardus de Huſerin iunior*, *Dietricus*

tricus preco, *Goteſcalchus pictor*, *& noſtri Servientes*, *Aimwicus ſpicarius*, *Gerungus & Chounradus*. Poſtea uxor ſua gravata infirmitate aliud predium ſuum ad altare ſancti Benedicti in eodem loco ſitum, per manus *Alberonis de Houchaim*, tradidit, ſub his teſtibus: *Perhtoldus de Puhile*, *Albero delegator*, *Goteſchalchus pictor*, *Albero villicus de Chochilin*, *Bernhart neve & frater eius Eberhardus*, & alii quam plures.

Notum facimus cunctis Chriſti fidelibus, qualiter quidam *Heinricus* nomine, cum uxore & filiis, predium ſuum in *Stainbach* ſitum, ad altare ſancti Benedicti tradidit, ea conditione, ut ipſe & filii ipſius nulli hominum inbeneficientur, & ipſum predium *Camere* deſerviat. Et hoc factum eſt ſub his teſtibus: *Deginhardus de Puhile*, *Gotſcalchus Hohil*, *Heinricus ſervus*, *Hartwicus de Pruningisriet*, *Heinricus de Orto*, *Gerungus & frater eius Heinricus*, *Eberhardus filius Richardi*.

Notum ſit omnibus ſcire volentibus, qualiter *Richardis de Waltrammiſperch* tradidit ad altare ſancti Benedicti, per manum *Oudalrici de Lainigreben*, duos agros in *Puhile*, pro remedio anime ſue & omnium parentum ſuorum. H. r. t. ſ. *Liutfridus & frater eius Routpertus de Stainbach*, *Dietricus Weizo*, *Dietricus Pero*, *Albero Plancho*.

Sub eisdem teſtibus tradidit mulier quedam *Irminrat de Puhile* agrum, pro remedio anime ſue, per manum prefati delegatoris.

Tradidit etiam quedam mulier de *Chumiztorf* Deo & S. Benedicto, per manum *Purchardi & Adelberti fratris eius*, predium ſuum in eodem loco ſitum, cum domo & fundo curtis & omnibus his attinentibus, pro condigno pretio, remota omnium contradictione, ſub his teſtibus: *Adelbertus delegator*, *Dietricus preco Bernhardus nepos*, *& frater eius Eberhardus*, *Gerungus & Albero*, *Aimwi-*

Ainwicus ſpicarius, *Dietricus ſporo*, *Eberhardus filius Stolline*, *Bernhardus Kazze*, *Leo de Secheringen*, & alii quam plures.

Noverint univerſi Chriſti fideles, quod *Arnoldus de Reine*, tradidit ad altare ſancti Benedicti predium, quod poſſidebat in eodem loco, pro condigno pretio, ſub his teſtibus: *Bernhardus miles de Rieth*, *Amelgoz*, *Bernhardus nepos*, *Ainwicus*, *Eberhardus*, *Siguwin*. *Cunpoldus*, *Burchardus de Huſerin*, & alii quam plures huius Eccleſie.

Tradidit ad altare ſancti Benedicti quidam homo *Gerrat* nomine predium ſuum apud *Simndilſtorf*, pro condigno pretio, ſub his teſtibus: *Waltmannus de Lainigrebin*, & *Oudalricus avunculus eius*, *Dietricus preco*, *Ainwicus ſpicarius*, *Herimannus de Reine*, *Oudalricus de Lainigrebin*, *Albero Napulle*. Idem predium poſtea concambio mutatum eſt ad *Stainbach*.

Cenſuales quidam huius Eccleſie tradiderunt, per manum *Eberhardi de Huſerin*, agrum in *Glethaim*, ſub iſtis teſtibus: *Eberhardus qui & delegator*, *Heinricus de Wolfrathuſen*, *Walmannus de Lainigrebin*, *Gotſcalchus pictor*, *Bernhardus Kazze*.

Tradidit etiam quidam homo de *Stainbach*, *Lanzo* nomine, ad altare ſancti Benedicti tres agros cum fundo curtis & horto, ea ſcilicet conditione, ut ipſe & filii ſui nulli hominum inbeneficientur. Et hoc ſub his teſtibus factum eſt: *Oudalricus de Lainigrebin*, *Chounradus cognatus eius*, *Heinricus Lobehere*, *Dietricus qui & delegator fuit*, *Werinherus Priuwevel tabernarius*.

Notum ſit Chriſti fidelibus, quoniam *Oudalſcachus de Wile*, tradidit ad altare ſancti Benedicti predium in *Pibirbach*, pro remedio anime ſue & omnium parentum ſuorum, ſicut notum eſt huius Eccleſie familie ibi commoranti. H. r. t. ſ. Miniſteriales

huius

huius Eccleſie, *Waltmannus de Lainigrebin*, & *Chounradus filius ſororis eius*, *Gerungus*, *Bernhart de Rieth*, *Roudegerus de Lainigrebin*, *Dietricus preco*, *Heinricus villicus de Fibirpach*, *Chourad de Langenove*, *Bernhart Wipf*, *Albero Ziwike*, *Meginherus faber*, *Bernhardus neue*.

Sub eisdem teſtibus tradidit *Wolvoldus de Mouringin*, per manum *Wolvoldi* filii ſui, pratum, ſicut notum eſt familie noſtre inibi manenti.

Tradidit nobis etiam Dominus *Helmbertus de Nuwenburch*, omne predium ſuum, quod habuit in *Hardere*, cum uxore & duobus filiis ſuis. H. r. t. ſ. *Berehardus de Burren*, *Gerung de Huſeren*, *Bernhardus de Laingruben*, *Berhtoldus de Puhile*, *Oudalricus* & *filius eius Bernhardus de Riet*, *Richere de Burren*, *Sigimarus de Burren*.

Notum ſit preſentibus & ſupervenientibus, quod Dominus *Hoholdus* miles & nobilis homo *de Iſine* tradidit nobis predium ſuum, manſum ſcilicet unum in *Peingen* cum filia. T. h. r. *Fridericus de Peingen*, *Eberhardus de Askeringen*, *Ortlieb de Auedehs*, Miniſteriales huius Eccleſie, *Berehardus*, *Louitfridus*, & *Roupertus frater eius*, *Gerunc de Huſern*.

Tradidit quidam cenſualis *Chounradus* nomine ad altare S. Benedicti predium ſuum in *Hunshovin* pro condicto pretio, duorum ſcilicet talentorum & dimidio. H. r. t. ſ. *Oudalricus de Lainegrebin*, *Hartem*, & alii multi. Et quia de Sacriſtia emptum eſt, Sacriſtiam attinere iuſtum eſt.

Notificamus tam preſentibus quam ſupervenientibus cuiuscunque ſint iuris hominibus, qualiter Dominus *Otto de Goshaim* ſive *de Horiburch*, cum uxore ſua *Luutkarda*, tradidit Deo & S. Benedicto, ex petitione Domini *Arnoldi* fratris ſui, mulierem quandam *Richardam* nomine cum filiis ſuis, cenſualem ſcilicet pro uno denario Eccleſie apud *Holzhuſin*, cuius idem *Otto* advocatus erat.

Sed quia eadem mulier nupſerat viro ex familia ſancti Benedicti, actum eſt interventu Domini *Arnoldi*, ut frater ſuus ad eandem Eccleſiam ex propriis mancipiis tot homines reſtitueret: ea ſcilicet conditione, ut ipſa mulier neque ab Abbate, neque ab Advocato, neque a qualibet perſona a ſervitio ſancti Benedicti, & fratrum ſibi ſervientium nunquam divellatur; iure cenſualium ſingulis annis cenſum ſuum, unum ſcilicet denarium perſolvat. Si quis huic iuſtitie contrarius exſtiterit, & infringere voluerit, mulier poteſtatem habeat revertendi ad Eccleſiam unde mutata & concambita eſt. H. r. t. ſ. *Oudalricus de Pupilingin*, *Reginherus ſubadvocatus*, *Diemarus de Celle*, *Giſiloldus de Hoſtirhovin*. *Huius Eccleſie* Miniſteriales, *Hartwicus de Munigiſingin*, *Sigimarus de Secheringen*, *Gerunch*, *Gerolt*, *Heinrich de Houchſtat*, *Heinrich filius Napullin*, *Heinrich ſacrinator de Rieth*, & alii quam plures.

Notum ſit omnibus preſentibus & futuris, qualiter *Oudalricus de Sindilſtorf*, predium ſuum in *Zeizmannirgen* Deo ac ſancto Benedicto, pro remedio anime ſue ac uxoris iam defuncte, tradiderit, reſervato ſibi tamen iure & uſu advocatie. H. r. t. ſ. *Lazarius de Wolfratehuſin*, *Bernhardus de Chiriheim*, *Hartnidus de Holz*, *Oudalricus Ahorn*, *Heinricus de Scallicheim*, *Oudalricus de Rieth*, *Rapoto*, *Arnoldus*, *Heinricus fratres*, *Rapoto de Sahſinhuſin*, Miniſteriales *Eccleſie*, *Gerungus de Huſin*, *Waltmannus de Lainigrebin*, *Oudalricus de Wacheringen*, *Heinricus filius eius*, *Ortolfus de Nidergelten*, *Eberhardus & Heinricus de Huſirn*, *Marcwardus & Ortolfus de Pruningesriet*, *Gotſcalcus pictor*, *Oudalricus*, *Albero & Otto de Puhile*, *Sigihardus & frater eius Engilbertus de eadem villa*, *Ortolfus preco*, & alii quam plures.

Dietricus Wenzo dedit agrum in *Lainegrebin* pro remedio anime ſue. H. r. t. ſ. *Gerungus de Huſim*, *Oudalricus de Puhile*, *Waltmannus & Oudalricus de Lainegreben*, *Gotſcalcus pictor*, *Bernhart*

de

de Rieth, *Heinricus pictor*, *Ortolfus preso*, *Geroldus pelliſex*, *Perhtoldus Hecil.*

Noverint univerſi filii Eccleſie, qui naſcentur & exurgent, & ipſi narrent filiis ſuis, qualiter quedam matrona de *Chumizdorf*, *Chriſtina* nomine, cum filio ſuo *Sifrido*, & filia *Sophia*, predium ſuum in *Sconinreine* infra vallum concluſum, [& predium in *Chumizdorf* ſancto Benedicto tradidit pro remedio anime, filii ſui *Ortwini* nuper defuncti, & *Iſinrici* occiſi. H. r. t. ſ. *Arn de Rukiſſe* in cuius manu idem predium ſervatur delegatum. *Weriandus homo ſuus*, *Ekehardus de Chumizdorf*, *Berhtoldus Giſſe*, *Gerungus de Huſin*, *Roudegerus de Staimbach*, *Heinricus pictor*, *Goteſcalcus ſutor*, *Goteſcalcus pictor*, *Albero Plancho.*

Notum ſit omnibus Chriſti fidelibus preſentibus & futuris, qualiter *Oudalricus de Pupilingen* divino inſtinctu predium ſuum in *Munigen* ſancto Benedicto tradidit, quod tamen eadem vice usque ad terminum vite ſue, vel ſi antea carere propoſuerit, recepit, & in teſtimonium huius traditionis modium frumenti ſingulis annis perſolvat. Homines vero, qui *Parſcalci* vocantur vulgo, idem predium ab ipſo poſſidentes, conditione qua ſupra delegavit. H. r. t. ſ. Miniſteriales Eccleſie, *Hartwicus de Muningen & filius eius Weriandus*, *Oudalricus de Lainegreben*, *Goteſcalcus pictor*, *Siboto de Owe*, *Eberhardus & Fridericus de Wilheim*, *Heinricus Friſingenſis de eadem villa*, *Oudalricus filius delegatoris*, *Eberhardus plebanus de Ambans*, *Bernhart frater eius de Rieth*, *Hericus frumentarius de Hohſtat*, *Oudalricus de Uneringen*, *Roudegerus filius ſororis Domini Oudalrici*, *Roudegerus Prunſthart*, *Reginhardus Claudus*, *Engilbertus manſionarius Eccleſie parrochiane*, *Emwicus granarius*, *Bernhart textor*, *Hezil*, *Gebehardus Mezze*, *Albero plancho*, *Gerhoc de Raine*, *Gebzo de Antorf.*

Notum ſit tam preſentibus quam ſupervenientibus, qualiter *Sigimarus de Giltichingen* tradidit Deo & ſancto Benedicto mulierem nomine *Perhta*, ea ſcilicet conditione, ut nulli hominum inbeneficietur, nec aliquo pacto a ſervitio ſancti Benedicti divellatur. H. r. t. ſ. *Chounradus delegator*, *Gerungus*, *Waltmannus*, *Oudalricus*, *Liutfridus & fratres eius Routpertus & Roudegerus*, *Heinricus de Hocſtat.*

Noverint univerſi fideles Eccleſie preſentes & futuri, qualiter *Heinricus de Aichindorf* cenſualis Eccleſie tradidit ad altare S. Benedicti predium, ſcilicet manſum cum queſitis & inquiſitis, pro remedio anime ſue, & omnium parentum ſuorum, ea conditione, ut vacca ſibi pro ſuſtentatione vite reddatur, & ut pro eodem predio ad terminum vite recepto, ſingulis annis denarium in teſtimonium perſolvat. Huius rei teſtes ſunt, *Eberhardus de Hohinreine*, *Waltmannus de Lainegrebin*, *Albero de Puhile*, *Eberhardus frater eius*, *Heinricus de Huſirn*, *Bernardus & Meginhardus & Deginhardus de Hunshoven*, *Adelbertus de Aichindorf*, *Berhtoldus Hecil.*

Litteris annotamus tam preſentibus quam ſupervenientibus hominibus, qualiter *Comites de Valaie*, Dominus *Otto* & frater ſuus Dominus C. tradidit Deo, & ſancto Benedicto, per manum Domini *Hartnidi de Stainbach*, in preſentia advocati noſtri *B. Comitis*, locum & fundum *Molendini* cum agris huic attinentibus, pro predio in *Meningen.* Teſtes predii *Gotfridi & Gerungus*, *Oudalricus*, *Eberhardus*, *Albero Ciwicke*, *Eberhardus de Puhile villicus*, *Heinricus de Rieth*, *Adelmarus de Uffingin*, *Roudegerus Proushart*, *Gebehardus piſtor*, *Bernhardus de Boucova filius Oudalfridi.*

Num. VI. Sub Abbate Ortolpho. 1168—1180.

Notum ſit omni Eccleſie & generationi altere que aderit, qualiter Dominus *Gebehardus de Hohinburch* predium ſuum in *Pon-*

Pontingen, quod ad eum hac conditione a patruo ſuo *Norberto* deductum erat, ut poſt terminum vite ſue ſancto Benedicto delegaret, per manum advocati noſtri *Berhtoldi Marchionis*, fratribus Burenſibus ſerviendum tradidit, ob commemorationem ſui, & omnium parentum ſuorum defunctorum. H. r. t. ſ. *Adalhero de Hokinburch patruelis eiusdem Gebehardi*, *Eberhardus de Maiſacha*, *Gozwinus de Asmuntingen*, *Bernhardus frater eius de Chirichen*, *Oudalricus de Wolfrathuſin & nepotes eius Egilolfus & Marcwardus*, *Rapoto & Oudalricus Poden fratres*, *Heinricus de Tanchirchen & frater eius Sibrandus*, *& Ekkehardus & Helmhardus*, *Heinricus ſnecco*, *Lazarius de Wolfrathuſin*, *Egilolfus ſenior de eodem*, *Aribo de Studach*, *Heinricus de Waninnheim*, *Roudolfus & frater eius Eberhardus de Hokinreine*, *Heinricus de Strazloch*, *Oudalricus de Milinpere*, *Siboto de Chiricheim*, *Heinricus & frater eius Ortolfus de Niuvarn*, *Oudalricus Ahorn*, *Conradus de Niuvarn*, *Perhtoldus de Daningen*, *Chounradus ſpicarius Marchionis*, *Oudalricus de Iehinheim*, *Liebardus de Ufhoven*, *Oudalricus de Sahſinhuſin*, *Oudalricus de Munigen*, *Albanus de Puſinckam*, *Adelbertus*, *Otto & Chounradus de Portuhuſin*, *Heinricus Spiez de Waringowr*, *Grimoldus liber homo de Steine*, *Heinricus de Daningen*, *Wolſkerus de Chlamminſteine*, *Wickerus de Nuzdorf*, *Heinricus de Slittirs*, *Roudolfus & Heremannus de Asmuntingen*.

Num. VII. Sub Abbate Wernhero. 1180—1183.

Notum ſit omnibus Chriſti fidelibus preſentibus & futuris, qualiter *Adala* quedam de familia ſancti Benedicti ancillam ſuam *Mathildam*, cum duobus liberis ſuis *Heinrico & Giſila*, pro remedio anime ſue, & mariti ſui *Engilberti* nuper defuncti, in preſentia Domini *Werinheri* Abbatis, ad altare ſancti Benedicti tradidit, ut ſinguli quinque denarios omnibus annis perſolvant. H. r. t. ſ. Miniſteriales Eccleſie, *Gerungus*, *Eberhardus & Heinricus de Huſirn*, *Arnoldus & frater ſuus Rapoto de Lainegrebin*, *Oudalricus plarra*,

 Hein-

Heinricus pictor, *Gotſcalcus ſutor*, *Geroldus*, *Trutmundus*, *Heinricus*, *Chouradus*, *Berhtoldus Hecil.* & alii quam plures.

Notum ſit omnibus Chriſti fidelibus preſentibus & futuris, cuiuscunque ſint iuris, qualiter *Ortwinus & Berhtoldus fratres de Froutingen*, mediante & annitente Domino ſuo *Berhtoldo Marchione*, dimidium manſum in predicta villa ſancto Benedicto ac fratribus Domino ſervientibus tradiderunt, quem tamen ea conditione receperunt, ut ſi unus eorum obierit, alter qui ſuperſtes eſſe videretur, ad terminum vite ſue poſſideat; quo defuncto Eccleſia heres, quod ſuum eſt, habeat: Ipſi inſuper, quoadusque vixerint, ob teſtimonium huius traditionis, denarium ſingulis annis perſolvant. Ea vice & iam decimationem in *Pfaffinhoven* in beneficium a Domino *Werinhero* Abbate acceperunt, conditione & ratione, qua ſupra de predio. H. r. t. ſ. *Berhtoldus Marchio*, *Oudalſcalcus de Uffilindorf.* Miniſterialis *Marchionis*, *Lazarius*, *Oudalricus ambo de Wolfratshuſin*, *Oudalricus de Ellinloch*, *Otto de Hunishovin*, *Egilolfus de Sindilsdorf*, *Albero de Uffilindorf*, *Waltherus ſubadvocatus de Erinheim*, *Albero*, *Arnoldus de Sindilsdorf.* Miniſteriales *Eccleſie*, *Berhtoldus de Cochil*, *Gerungus de Huſirn*, *Eberhardus & Heinricus fratres de eadem villa*, *Heinricus de Perga*, *Oudalricus de Puhile*, *Oudalricus de Lainegrebin*, *Gotſcalcus pictor*, *Heinricus pictor*, *Meginhartus faber*, *Ortolfus preco*, *Otto de Lainegrebin.*

Teſtes prediorum ſancti Benedicti in *Vroutingen*, *Drozzelingen & Molendini in Mullvelt*, que *Perhtoldus Marchio*, gratia amicitie & permiſſione licentiali, tantum ſibi & non liberis nec ſucceſſoribus aliquibus accepit, que tamen petitione fratrum, & divino inſtinctu remiſit. H. r. t. ſ. *Oudalſcalcus de Uffilindorf*, *Heinricus de Scownburc*, *Bernhardus de Wilheim*, *Perhtoldus fidelis Domini Heinrici predicti.* Miniſteriales *Ducis*, *Chounradus mille*, Miniſteriales *Marchionis*, *Griffo de Anedehs*, *Dietricus Galli*, *Loudewicus de Anedehs*, *Eber-*

Eberhardus de Braitbrunnen, *Heinricus de Friuntisbach*, *Berktoldus*, Giſſo, *Trageboto filius Galline*, *Chonradus & Siboto fratres de Homeras*, *Oudalricus de Wolfrathuſin*, *filii ſororis ſue*, *Egilolfus*, *Rapoto*, *Heinricus*, *Arnoldus*, *Oulricus Podem*, *Rapoto*, *Albero de Uffilindorf*, *Otto de Huntshovin*, *Chounradus Brixinarius*, *Heroldus pincerna Marchionis*, *Nendinc socus eius*, *Waltherus ſubadvocatus*, *Sigifridus de Ettilingen*, *Oudalricus de Huſin*, *Meginhardus de Charlsbach*, *Adelbertus liber homo de Aichindorf*, *Heinricus & Ortolfus filii Oudalrici.* Miniſteriales *Eccleſie*, *Berhtoldus de Puhile*, *Gerungus de Huſirn*, *Eberhardus & Heinricus de eadem villa*, *Liutfridus de Steinbach*, *Roudegerus frater eius Albero de Puhile*, *Oudalricus*, *Marcwardus*, *& Ortolfus de Bruningenriéth*, *Gotſcalcus pictor de Peſſinbach*, *Engilbertus & Sigihardus de Puhile*, *Gotepoldus faber ab Riet*, *Oudalricus de Lainegrebin*, *Roudegerus filius ſororis eius*, *Adelbero Vitt. de Murninſowe*, *Oudalricus Bruhtore*, *Bernhardus frater Dietrici de Reine*, *Bernhardus Pizworm*, *Oudalricus filius Hadelougi de Lainegrebin.*

Notum ſit omnibus Chriſti fidelibus, qualiter Dominus *Arnoldus*, *& Mathildis* ancillam ſuam *Irmingart* nomine, cum filiis ſuis, ſancto Benedicto tradidit, ea ratione, ut nulli inbeneficientur. H. r. t. ſ. *Gerungus*, *Eberhardus*, *Heinricus de Huſirn*, *Arnoldus de Wilheim*, *Roudegerus de Stainbach*, *Oulricus de Puhile*, *Sigihardus de eadem villa*, *Oudalricus de Lainegrebin*, *Sigihardus & Chounradus de Littiunbach*, *Oudalſcalcus de Emizinowe*, *Trittmundus villicus*, *Gotſcalcus ſutor*, *Adelbero*, *Bernhardus filius Liutfridi de Puhile.*

Num. VIII. Sub Abbate Adelberto. 1183.—1203.

Ob memoriam hominibus reformandam innoteſcimus omnibus Chriſti fidelibus preſentibus & futuris, cuiuscunque ſint iuris, qualiter quedam nobilis matrona *Perhta* nomine predium ſuum in

in Rockoven, curtem videlicet & manſum ſancto Benedicto, pro remedio anime ſue, delegavit, ſed poſtea fratri ſuo Domino *Oudalrico de Arbingen* uſum fructuarium de eodem predio, usque ad terminum vite ſue, a fratribus monaſterii impetravit, qua vita decedente predictus *Oudaxricus* fidei ſororis iam defuncte oblitus, predium memoratum cuidam *Ottoni de Grazzolingen* inbeneficiavit, quod & ipſe, donec Dominus *Oudalricus* defunctus eſt, retinuit. Quo defuncto Eccleſie, que diu tacuit, iuſta occaſione accepta, in preſentia Domini *Berhtoldi Marchionis* & aliorum iudicum, tam diu clamavit, donec tandem predium ſuum iudiciario ordine *a Gotfrido filio Ottonis* recipere meruit; quod tamen, rogatu *Marchionis*, a manu ipſius, & *Adilberti* Abbatis, ea conditione recepit, ut quoadusque vivit, ſancto Benedicto, pro teſtamento cauſe, V. denarios in feſto ſancti Martini ſingulis annis perſolvat. Mortis tandem iure ſoluto, ſine omni contradictione, Eccleſia ſuum predium irrefragabiliter poſſideat. H. r. t. ſ. per aures tracti. *Berhtoldus Marchio*, *Chounradus Comes de Valai*, *Oudalſcalcus de Uffilindorf*, *Berhtoldus de Vagini.* Miniſteriales Marchionis, *Lazarius & Heinricus de Wolfrathuſin.* Item *Heinricus de Lausberch*, *& frater eius Ekkehardus de Tanchirch*, *Eberhardus de Scondorf*, *Heinricus frater eius de Schallincheim*, *Oudalricus de Milbach*, *Oudalſcalcus de Ambingen*, *Ludewicus de Anedehs.* Miniſteriales *Chounradi Comitis*, *Chonradus de Perga*, *Gotfridus Lunt*, *Heinricus Ettirſtein*, *Albero & frater eius Heinricus de Hartpenningen*, *Gerungus iuvenis de Huſirn*, *Chonradus de Sindilstorf.*

Sicut audivimus & vidimus, ſic generationi altere transmittimus, preſentibus & futuris cuiuscunque ſint iuris, qualiter *Berhtoldus Marchio de Anedes* advocatus huius loci, divino nutu & inſtinctu compunctus, totum predium ſuum in *Marchpach* ad altare ſancti Benedicti, pro remedio anime ſue, & omnium parentum

ſuo-

ſuorum tradidit & dimidium manſum, quo *Heinrico Merra* erat inbeneficiatus, eidem traditioni indidit, ut poſt finem vite ſue, omnium contradictione remota, fratrum Deo ſervientium uſui cedat. H. r. t. ſ. *Oudalſcalcus de Uffilindorf*, *Heinricus filius eius*, *Bernhardus de Wilheim*, *Gozwinus de Wintaha*, *Marchwardus & Berhtoldus de Hoheinwanc*, *Aribo ſubadvocatus de Dryzzilingen*, *Albertus Snabil*, *Oudalricus de Ebrolfingen*, *Hartnidus de Wolfrathuſin*. Miniſteriales *huius Eccleſie*, *Berhtoldus de Choclin*, *Gerungus de Huſirw & filius eius Gerungus*, *Albero de Bukilo*, *Eberhardus & frater eius Heinricus*, *Rudigerus de Stainbac*, *Oudalricus de Plarro*, *Adelbertus & frater eius Oudalſcalcus de Ebrolwingen*, *Marcwart & frater eius Chounradus de Brunigesrieth*, *Oudalricus de Pukile*, *Sigihardus de eadem villa*, *Heinricus de Velles*, *Counradus de Niurtingens*, *Heinricus de Egilingen*, *Heinricus de Huſen*, *Albero Gnouſe*, *Heinricus Mul*, *Ortolfus Preco*, *Bernhardus Nepos*, *Nending Cocus*, *Herimannus ab Rieth*, *Otto faber de Secheringen*, *Sigimarus pater eius*, *Rudigerus Pruns*, *Counradus de Sindilstorf*, *Roupertus de eadem villa*, *Heinricus de Antrichkinchen*, *Albero ſutor*, *Albero Pellifex*, *Heinricus Pellifex*, *Counradus piſcator*, *& alius Conradus edituus de Chocingen*, *Ortolfus piſcator*, *Counradus Lappi*, *Troutmundus de Lainigrebin*, *Eberhardus Hutil*, *Hartwicus Willicus*, *Dietricus faber*, *Oudalricus faber*, *Heinricus piſcator*, *Counradus Prukſtech*, & alii quam plures tracti.

Quidam liber homo de *Diningen*, *Eberhardus*, de ſervili libertate ſe in liberalem ſervitutem transferens, Deo cui ſervire regnare eſt, & ſancto Benedicto ſemetipſum obtulit, ea conditione, ut ſingulis annis V. denarios ad altare perſolvat. H. r. t. ſ. *Rapoto de Sindildorf*, *Marcwardus de Bruningeurieth & fratres ſui*, *Ortolfus & Chounradus*, *Gotſcalcus de Spileberc*, *Hartmout de Valaic*, *Ortolfus Preco de Lainegrebin*, *Heinricus piſcator*.

Notum facimus preſentibus & future ſucceſſioni transmittimus, qualiter *Bernhardus de Rieth* predium ſuum, quod hic poſſidere videbatur, ſancto Benedicto poſt terminum vite ſue delegavit, beneficiis vero renuntiavit, donec ſe ipſum ex voto renuntiet; curtem cum iugere & horto excepit, quam filio ſuo *Heinrico* usque ad terminum vite ſue poſſidendam pactus eſt, de cetero omnia, que delegavit, eidem filio ſuo ſub conſtituto ſerviendа tradere rogavit. H. r. t. ſ. *Arnoldus de Lainegreben*, *Heinricus frater ſuus*, *Eberhardus de Huſeren*, *Bernhardus Nepos*, *Eberhardus & Eberhardus de Tiſinhovin*, *Eberhardus & Heinricus de Riet*, *Pertholdus pellifex*, *Geroldus & frater eius Reginker de Languinowe*, *Chounradus de eadem villa*, *Oudalricus textor*, *Eberhardus pellifex*, *Dietricus preco*, *Heinricus Varili*, *Albero cocus de Uffingen*, *Heinricus Genſewoz*, & quam plures.

Notum facimus preſentibus & futuris, cuiuscunque ſint conditionis & iuris, qualiter quedam matrona illuſtris *Giſila* nomine de *Asmuntingen*, locum ſibi apud ſanctum Benedictum hic eligens, ipſumque ardentius diligens, predium dimidium, videlicet manſum in *Apfilechaim*, quem neque viro neque filiis aliquando tradidit, cum moreretur, Domino *Marcwardo* iam tertio marito delegavit, & ſancto Benedicto cum filia *Agnete*, additis quinque talentis offerri cum poſſeſſoribus rogavit; Filiis ſuis *Rouberto & Gozwino* iure advocatie retento. Huius traditionis hi teſtes ſunt, per aurem tracti: *Marcwardus delegator predii*, *Gozwinus iuvenis de Asmuntingen*, *Roudolfus procurator ſuus de eadem villa*, *Dietricus frater Domini Marcwardi de Dorf*, *Roudtgerus filius ſororis eiusdem*, *Pabo faber ſervus eius*. Miniſteriales *Ducis*, *Heinricus & Oudalricus fratres de Wacheringen*, *Arnoldus de Lainigrebin*, *Rapoto frater ſuus de Sindilsdorf*. Miniſteriales *Eccleſie*, *Gerungus de Huſirn & filius eius Gerungus*, *Albero de Pontingen*, *Eberhardus &*

Hein-

Heinricus fratres de Huſirn, *Roudegerus de Stainbach*, *Oudalricus de Puhile*, *Bernhardus & Eberhardus fratres de eodem*, *Sigihardus & Heinricus pictor de eadem villa*, *Bernhardus Dicze*, *Ortolfus preco & frater eius Dietricus*, *Bernhardus nepos*, *Bernhardus faber*, *Geroldus ſervus Abbatis*, *Hartwicus Villicus*, *Siboto de Eouwe*, *Choumradus de Wile.*

Notificamus omnibus preſentibus, & future poſteritati transmittimus, qualiter Dominus *Adilbertus de Portirhuſin*, dimidium manſum in *Oſtindorf* ſancto Benedicto, ea conditione, delegaverit, ut dimidium manſum in eodem vico, quem Eccleſia noſtra poſſederat, addito ſuo in beneficium recipiat. Ipſe tamen omnem occaſionem impulſionis ab Eccleſia ſua Tegarenſi ſub Sacramento ſe ſpopondit ablaturum, & quia idem predium libera manu emerat, libertatem eiusdem predii irrefragabiliter promiſit ſtabiliturum. H. r. t. ſ. per aures tracti: *Aribo Judex Ducis Berhtoldi*, *Richerus de Witolshovin*, *Oudalricus de Ebroltingen*, *Eberhardus & Heinricus fratres de Huſirn*, *Geroungus de eodem*, *Siboto Abimekke*, *Dietricus preco*, *Bernhardus nepos*, *Adilbero Pamphare*, *Berhtoldus pelliſex*, *Ortolfus frater eius*, *Geroldus ſervus Abbatis & filius eius Dumo*, *Roudegerus filius Sibotonis de Owa*, *Bernhardus filius Meginhardi fabri*, *Rahawinus & Dietricus ambo ſutores.*

Non ſicut patres noſtri narraverunt, ſed ſicut ipſi audivimus, & vidimus in civitate Domini virtutum, filiis qui naſcentur & exurgent, narramus, qualiter Dominus *Otto de Nazzinwoux*, divino inſtinctu ſicut pater eius *Adilbertus* antea fecerat, litem quam in *Adilwartiſſe* lacu habere videbatur, ex integro dimiſit, & ſancto Benedicto ſerviturum remiſit, ea tamen conditione, ut ſi neceſſitas incumberet, captura piſcium ſecundum libitum Abbatis aliqua provenieret. Evidenti etiam aſſertione multis coram

 aſtan-

aſtantibus probavit, neque *Oudalrico*, neque *Heinrico* filio eius, nec cuiquam hominum eundem lacum beneficii iure preſtitiſſe, ſed quedam cauſa gratie & karitatis conſenſiſſe, que iam in ipſo non poſſe conſtare manifeſtavit. H. r. t. ſ. Miniſteriales *Ducis Berhtoldi*, *Adelbero Tomize*, *Berhtoldus Giſſe*, *&* *filius ſororis eius Berhtoldus*. Miniſteriales *Eccleſie noſtre*, *Gerungus de Huſirn*, *&* *filius eius Gerungus*, *Eberhardus & frater eius Heinricus de Huſirn*, *Bernhardus filius Liutfridi de Puchile*, *Roudegerus & Eberhardus fratres eius*, *Chounradus ſervus Gerungi*, *Gotepoldus & filius eius de Morith*, *Heinricus Cellarius ſervus Abbatis*, *Engilbertus ſervus Abbatis*, *Bernhardus filius Meginhardi*, *Heinricus Mul*, *Siboto de Owa*, *Ortolfus & Hermannus piſcatores curie*, *Arnoldus filius Heinrici de Rieth*, *Adilbertus de Sindilsdorf*.

Noverint univerſi fideles Chriſti, quod quidam Miniſterialis huius Eccleſie ſancti Benedicti *Gateboldus* nomine, dedit poteſtiva manu fundum unum in *Pridrichingen*, pro redemptione anime ſue & omnium parentum ſuorum. Hunc fundum tenet *Wizimannus* donec perſolvatur, ab eo, qui conſtat eum quatuor ſolidos ſueviene ponderis, qui cum dati fuerint Eccleſia curtem ſuam poſſideat. H. r. t. ſ. omnes per aures tracti. *Eberhardus & frater eius Heinricus de Huſeren*, *Gerungus iunior de eadem villa*, *Roudegerus Miniſterialis & filius eius Chounradus de Stainbach*, *Chounradus de Lainegrebin*, *Herimannus de Piurpach*, *Heinricus pellifex de Rieth*, *Heinricus Domini Bernhardi filius de eadem villa*, *Gebehardus de eadem villa*, & alii quam plures.

Notum ſit cunctis Chriſti fidelibus, qualiter *Berchtoldus Marchio Hiſtrie*, *& filius eius Berth. Dux Dalmatie* tradiderunt, Deo & ſancto Benedicto per manum Domini *Oudalſcalchi de Uffilindorf*. Eccleſiam in *Vindingen* pro remedio anime ſue & parentum

ſuo-

ſtorum. H. r. t. ſ. Idem *Oudalſcalcus delegator*, *Heinricus de Antorf*, *Heinricus de Rotenburch*, *Wer de Vuri*, *Heinrich Kayzare*, *Ekkihich de Sarinti*, *Oudalricus de Eppan*, *Oudalricus de Nimſenran & filius eius Oudalricus*, *Osrich de Uffindorf*, *Siboto de Ouwe*. Miniſteriales Eccleſie, *Albero de Puhile & filius eius Otto*, *Eberhardus de Husirn & frater eius Heinricus*, *Gerungus iunior*, *Rudigerus de Stainbach*, *Albero Gnouſſe*, *Chounradus Plarre*, *Dietricus Preco*, *Bernhardus de Puhile & frater eius Eberhardus*, *Heinricus miles de Piurbach*, *Heinricus Cellerarius & frater eius Chounradus*, *Geroldus Dumo & filius eius Chounradus*, *Engilbertus iunior de Puhile*, *Rudigerus Prumſthart*, *Chounradus de Sindilsdorf*, *Dietricus ſporo*, *Goteſcalcus ſutor*, *Heinricus Villicus de Puhile & frater eius Engilbertus*, & alii quam plures.

Sub eisdem teſtibus tradidit idem delegator *Oudalſcalcus* predium in *Marut*, quod Dominus *Oudalricus de Antorf* tradidit, & ſancto Benedicto, per manum delegatoris, pro remedio anime ſue & parentum ſuorum, cum filia quam Monaſterio, cum ſacris virginibus conſervandam obtulit, Deo & ſancto Benedicto.

Noverint univerſi Eccleſie katholice filii, qualiter *Burchardus de Albenshuſin*, duxit uxorem de *Egelingen*, *Engilhilt* nomine, ea conditione, ut filii eorum in diviſione iuſta venirent Eccleſie Burenſi, & Eccleſie in *Egelingen*. Hoc factum eſt ſub advocato Burenſi, *Berhtoldo* Marchione. H. r. t. ſ. *Adalbero avunculus mulieris*, *Hartmannus de Wippherhuſin*, *Vernherkloppian*, & alii quam plures.

Notum ſit cunctis Chriſti fidelibus, qualiter frater *Engilmarus de Telingen*, tradidit ſervum ſuum *Winmar*, cum ſorore ſua *Liuhart* & filiam amite ſue *Hadewic*, cum tribus filiis *Siboto*, *Chonradus*, *Reginpoto*, pro remedio anime ſue & omnium parentum

ſuorum, Deo & ſancto Benedicto, ea ratione, ut nulli inbeneficientur. H. r. t. ſ. *Wolframus de Giſingen*, *Eberhardus de Huſeng*, *Gerungus iuvenis*, *Heinricus Graxxe*, *Eberhardus de Puhile & frater eius Rudigerus*, *Rickerus de Secheringen*, *Chonradus Stromager*, *Engilbertus Rouber*, *Oudelſcalcus pellifex de Puhile*, *Bernhardus filius Diepoldi coci*, & alii quam plures.

Notum ſit omnibus fidelibus preſentibus & futuris, qualiter quidam Miniſterialis Eccleſie *Sigihardus* nomine de *Luterbach*, predium ſuum hereditario iure, in loco prenominato, poſſeſſum ad altare ſancti Benedicti tradidit, in beneficiumque ſibi filiisque ſuis recepit, tali tamen diſcrimine, ut tam ipſe, quam tota ſucceſſio filiorum, qui ipſo predio inbeneficiati fuerint, per ſingulos annos ob monimentum geſte rei XII. nummos Monaſterio perpetualiter perſolvant. H. r. t. ſ. Miniſteriales Eccleſie, *Roudegerus de Stainbach*, *Heinricus de Huſern*, *Otto Groze*, *Engilbertus de Puhile*, *Erhardus Lancpoſe*, *Rudegerus Enihli*, & alii quam plures fideles Chriſti.

Notificamus omnibus Chriſti fidelibus, qualiter Dominus *Oudalricus de Sindisdorf* poteſtativa manu tradidit, ad altare ſancti Benedicti dimidium manſum ſupra *Hard*, pro remedio anime ſue, fratrisque ſui *Heinrici de Sindilstorf*, & omnium parentum ſuorum. H. r. t. ſ. Miniſteriales Eccleſie, *Gerungus & Heinricus & filius eius Eberhardus*, *Siboto Judex de Wolfratshuſin*, *Ortolfus*, *Berhtoldus milites ipſius Oudalrici*, *Heinrich & Rapoto*.

Cunctorum Chriſti fidelium notitie clareſcat, qualiter Dominus *Heinricus de Hohenrein*, duas ad cenobium ſancti Benedicti filias, regulariter inibi iugiter victuras offerens, curiam nobis *Franchental* contradidit. Ob cuius rei munimen perpetuum ſub-

ſubſcripti teſtes aſſtabant. *Otto Comes in Valaie*, Dominus videlicet ipſius *Heinrici*. *Ingrammi duo*, *Heinrich Vagenare*, *Roudolfus de Tanne*, *Ingrammus Virt*, *Trutgeſelle*, *Heinrich venator*, *Siboto de Stainhuſen*, *Ortolfus de Lus*, *Otto de Germarswanch*, *Diepoldus de Pirkake*, *Ruopertus & Bernhardus de Aſchentingen*, *Chounradus de Aſchentingen filius Roudolfi*, *Heinrich de Aitingen*, *Heinricus de Lus filius Alberti*, *Wernherus de Viſpach*, *Roupertus de Richerpurren*, *Ouricus de Schalnchaim*, *Heinrich de Studach*, *Egehardus de Nannetheim*, *Chounradus de Chirchaim & filius eius Chounradus*, *Ortolfus de Hohenchirchen*, *Heinricus de Vogelare*, *Iſenricus de Chumiztorf*, *Wernherus Scharſach*, *Heinricus de Huſern*, *Bernhardus de Puhele*, *Heinricus Cellerarius*, *Heinricus Ganſelin*, *Gotſcalcus ſutor*, *cum filiis duobus Meinhardo & Chounin*, *Chounradus faber*, & alii quam plures.

Notum ſit omnibus Chriſti fidelibus, quia Dominus *Waltmannus* Miniſterialis Friſingenſis Eccleſie, filiam Domini *Ottonis* Miniſterialis huius Eccleſie, qui eius duxerat uxorem, tradidit ad hunc locum ſancti Benedicti, ſine ſcrupulo cuiusquam contradictionis. H. r. veritatem t. conprobant infra ſcripti: *Gerungus & Heinricus de Huſern*, *Heinricus Strahl*, *Bernhardus de Puhel*, *Heinricus Cellarius*, *Ganſelin*, *Ainwich de Dietperhteschirchen*, *Otto Tehtier*, *Liedo de Prunne*, *Otto de Paingen*, *Fridericus de Elpach*, *Heinricus de Sundeliten*, *Roudegerus Trulle*, & alii quam plures.

Num. IX. Sub Gebhardo Abbate. 1227. — 1236.

Notum ſit omnibus tam preſentibus quam futuris, cuiuscunque ſint conditionis & iuris, quod *Gebhardus* Abbas ſancti Benedicti in *Buren*, quoddam predium in villa *Pieverpach*, cum omnibus circumſtantiis predii, ſive in agris, ſive in campis, ſive in pratis, cultis & incultis, ex omni parte eidem predio inherentibus, a quodam milite nomine *Heinrich de Huſen*, & ab uxore eius

Ber-

Bertha, & ab unico tunc temporis filio eorum, nomine *Dietrici*, quod idem *Heinricus*, & eadem uxor ſua *Bertha* iure hereditario proprialiter, & ſine aliqua inpetitione poſſederant, mediantibus auxiliis & conſiliis duorum fratrum, videlicet *Berhtoldi & Heinrici Comitum in Eſchenloch*, pro decem & octo talentis Auguſtenſis monete comparavit; & ne in poſterum tranſitio temporum inducat oblivionem, tale forum fecimus ſcripto commendari, & teſtibus, qui intererant, utramque videlicet forum ac ſcriptum roborari. *Pertoldus Comes*, *Heinricus Comes*, *Albero miles de Mentechingen*, *Heinricus de Eſchenloch*, *Heinricus Graxxe & filii ſui Heinricus & Albero de Prunesriet*, *Liebhardus de Sechringen*, *Pertoldus de Golvingen*, *Hainricus Stainpox*, *Ortolfus de Hagen*, *Pertoldus preso*, *Rapoto de Rouxe*. *Wittigav de Laingreben*, & alii quam plures.

Num. X. Sub Abbate Heinrico II. 1246. — 1271.

Ego *Heinricus* Dei gratia Abbas in *Buren*, notum facio omnibus Chriſti fidelibus tam preſentibus quam futuris, qualiter quidam fidelis Eccleſie noſtre, *Oulricus* nomine, a nobis declinans, matrimonium extra familiam noſtram contraxit. Sed poſtea fide ſua monitus & penitentia ductus pueros, quos ex aliena conpoſſederat, ſcilicet *Peringerum & Heinricum* rebus ſuis decem ſolidis ab eo, qui eos ſub proprietate hereditaverat, ſcilicet *Perhtoldo Chlocen* redemit, qui ipſos pueros ad altare ſancti Benedicti ſub iure proprietatis tradidit, ſub tali conditione, ut ipſi cum poſteris ſuis non, per me vel per aliquem ſucceſſorum meorum, deinceps ulli inbeneficiari valeant. Ut ergo illud obſervari poſſit, litteram iſtam ſigillo noſtro roboratam predicto *Oulrico* tradimus, & teſtibus iſtis certificamus: *Rudigerus de Awe*, *Chunrat de Ruogeſe & frater eius Heinricus*, *Ruopertus*, *Chonradus de Sindeliſtorf*, & alii &c.

Notum ſit omnibus Chriſti fidelibus tam preſentibus quam poſt futuris, qualiter *Oulricus* Rufus Iudex, tradidit ad altare S. Be-

Benedicti, pro remedio anime ſue & omnium parentum ſuorum; duo predia unum in *Dingehartingen*, & unum in *Huſen*, cum omnibus ſuis attinentiis, cultis & incultis: ſub tali conditione, ut ſingulis annis prima die poſt feſtum ſancti Andree, ex eis ſervitium fratribus impendatur, quam diu ipſe vixerit, & poſt obitum ipſius idem ſervitium ex predictis prediis in anniverſario ſuo, ſine omni contradictione ſubminiſtretur. Huius facti teſtes ſunt, *Otto prepoſitus de Cella Dietrammi*, *Heinricus Biberchar*, *Berhtoldus de Uffelindorf*, *Chonradus de Jelltingen*, *Heinricus & Chonradus de Sunderhoven*, *Eberhardus & filius eius Heinricus de Huſern*, *Chonradus de Rongeſe*, *Berhtoldus preco & Albero Calcar*, cum aliis &c.

Notificamus omnibus Chriſti fidelibus preſentibus & ſupervenientibus, qualiter *Rapoto* Iudex *de Wolfrathuſen*, dedit S. Benedicto pro remedio anime ſue & omnium parentum ſuorum, duo predia unum ſitum in *Humpach*, & unum in *Purren*. H. r. t. ſunt, *Oulricus Rufus Judex*, *frater ipſius Rapotonis*, *Heinricus Biberchar*, *Heinricus de Endelhuſen*, *Oulricus de Wetilcheim*, *Heinricus & Chonradus de Sunderhoven*, & alii quam plures.

Quoniam per annorum curricula, & hominum caduca tempora multa tenebris oblivionis teguntur, inde notificare cupimus cunctis Chriſti fidelibus tam futuris quam preſentibus, qualiter Comites de *Eſchenloch*, ſcilicet *Berhtoldus & Heinricus* ſancto Benedicto, pro remedio anime ſue & parentum ſuorum, manſum unum in villa *Haderen* obtulerunt, ut ex eo perpetualiter ſingulis noctibus ad ſepulchra progenitorum ſuorum lumen accendatur, & usque ad lucem diei ardere videatur. Poſtea communi conſilio, idem manſus in officium camere per concambium eſt mutatus, pro alia curte in *Dichindorf* ad predictum lumen in officium ſacriſte deputata.

Explicit feliciter.

MONUMENTA BENEDICTO BURANA.

Diplomatarium Miscellum.

Num. I. Donatio Merigozi Diaconi. An. 808.

In nomine Domini noſtri Ieſu Chriſti. Ego *Merigozus* ſolo nomine Diaconus, cogitans invenire ante tribunal Chriſti veniam delictorum, ſeu recompenſationem eternorum, trado rem proprietatis mee, atque hereditatem hereditario mihi iure a parentibus meis traditam in loco *Matholvingin* Eccleſiam, & que in ea ſunt, caſas, curtes, mancipia, mobilia & immobilia, quicquid dici, vel ſcribi poteſt, in terris, pratis, ſilvis, campis, calmibus, montibus, fontibus, aquis, aquarumve decurſibus, arboribus pomiferis, fructiferis & infructuoſis, cultis & incultis. Trado atque transfundo, pro remedio anime mee vel parentum meorum, ſive omnium fidelium: exceptis IIII. Mancipiis *Samuhele*, *Rifrido*, *Tuctun*, *Perachlinde*, & aliquibus monilibus: cetera omnia mea, que hodie ſine ulla contradictione poſſideo integerrime, firmiterque offero ad altare ſancti Benedicti *Burin*, ea ratione, ut reſervato mihi uſu fructuario victualis neceſſitatis poſt meum exitum ad paſtorem, fratresque huius Eccleſie ſine ullius iudicii conſignatione, contradictione, retractatione pertineat. Si quis vero, quod fieri non credo, heres vel coheres parentele mee, vel extranea quecunque perſona magna, ſeu parva hanc traditionem a me factam

caſ-

caſſare, infringere vel mutare voluerit. Primo iram Dei omnipotentis incurrat, et ab Eccleſia catholica alienetur, et ſanctus Benedictus ſit ante Dominum exactor eius, nec non mundane legis iudicio coactus perſolvat ſex uncias auri, & V. pondera argent. Et ipſe illicite uſurpationis effectus careat. Sed hec traditio firma & inviolabilis permaneat a ſtipulatione ſubnixa. Ego *Merigoz*, qui hanc fieri & firmari rogavi. *Irminheri*, *Erneſt*, *Richhart*, *Peppo*, *Aſolt*, *Snelhart*, *Helmpreth*, *Perktolt*, & ceteri non nulli. Vocabula mancipiorum, que tradidi, *Sigifrid*, *Mahalbalth*, *Zoſtan*, *Gotefrid*, *Erpho*, *Dietrich*, *Waltrich*, *Leidrat*, *Rathere*, *Zeizzo*, *Iſanbreth*, *Swedihho*, *Gislheid*, *Genia*, *Glismot*, *Winnlind*, *Iuta*, *Berthlind*, *Ranthild*, *Ellinhild*, ante altare ſupramemorate Eccleſie. Actum publice in preſentia *Elilandi* Abbatis, atque *Kysthardi* Iudicis, ſive ceterorum virorum prudentum, anno incarnationis Domini DCCCVIII. indictione I. V. Id. Iul. tempore Karoli piiſſimi Regis, anno imperii VIII.

Num. II. Breviarum Caroli M. circa An. 813.

Invenimus in Inſula, que *Staphinſere* nuncupatur, Eccleſiam in honore ſancti Michaelis conſtructam, in qua reperimus altare, auro argentoque paratum I. Capſas reliquiarum deauratas, & cum gemmis vitreis & cryſtallinis ornatas V. Cuprinam per loca deauratam I. Crucem reliquiarum parvulam cum clave laminis argenteis deauratam I. aliam vero crucem parvam reliquiarum auro vitroque fabricatam I. aliam vero crucem maiorem auro argentoque paratam cum gemmis vitreis I. Pendet ſuper idem altare corona argentea per loca deaurata I. penſans libras II. & in medio illius pendet crux parva cuprina deaurata I. & pomum cryſtallinum, & in eadem corona per girum pendent ordines margaritarum, diverſis coloribus XXXV. Eſt ibi de argento munidato ſolid. III. Habentur ibi inaures aurei IV. penſantes dena-

narios XVII. Sunt ibi calices argentei II. quorum unus de foris ſculptus & deauratus penſat pariter cum patena ſua ſolid. XV. Offertorum argenteum I. penſans ſolid. VI. Buſtam cum cuperculo argenteam ad timiama portandum I. penſantem ſolid. VI. aliam buſtam argenteam I. penſantem ſolid. V.

Invenimus ibi turibulum argenteum per loca deauratum I. penſans ſol. XXX. aliud etiam turibulum cuprinum antiquum I. ampullam cuprinam I. aliam ampullam ſtagneam I. Urceum cum aquamanile cuprinum I. Ollam vitream magnam I. Ampullas vitreas parvulas cum balſamo II. pendentes ſuper eandem Eccleſiam ſigna bona II. habentes in funibus circulos cuprinos deauratos II. Invenimus ibi planetas caſtaneas II. de lana factam & tinctam I. Dalmaticam I. Lineam I. Albas VII. Amictus IIII. Fanones lineos ſerico paratos ad offendum ad altare, XIII. Pallia ad altaria inducenda VIII. pallia de lana facta & tincta ad altare inducendum II. Pallia linea tincta II. Linteamina ſerico parata ad altaria veſtienda XX. Manicas ſericeas auro & margaritis paratas IIII. & alias ſericeas IIII. Corporales, IIII. Orarii II. Plumacium I. De libris Liber eptaticum Moyſi, & liber Ioſuae, & liber Iudicum & Ruth, & libri Regum IIII. & libri Paralipomenon II. in uno volumine: liber Pſalmorum David, & liber Parabolae Salomonis, & liber Eccleſiaſtes, & liber canticum Canticorum, & liber ſapientie, & liber Ieſu filii Sirach, & liber Iob, & liber Tobi, & liber Iudith, & liber Eſther, & libri duo Machabaeorum in uno volumine. Libri XII. Prophetarum, & libri Hesdrae duo in uno volumine, liber actuum Apoſtolorum, & liber Epiſtolarum Pauli, & libri VII. Epiſtolarum Canonicarum, & liber Apocalypſis in uno volumine: liber lectionarius, tabulas laminis cuprinis deauratis habens paratas I. Liber omeliarium I. libri Sacramentorum I. libri lectionarii II. liber Ca-

no-

nonum excerptus I. Liber expoſitio Pſalmorum ſine auctore I. Liber quatuor Evangeliorum vetuſtus I. Libri Antifonarii II. Liber comentarii Hieronimi in Mathaeum I. liber regulæ ſancti Benedicti I. Eſt ibi de nitro due tine plene, de plumbo tabule III. & una maſſa & calami CLXX. faldonem ad ſedendum.

Invenimus in eodem loco curſam & caſam indominicatam cum cæteris ædificiis ad præfatam Eccleſiam reſpicientem, pertinent ad eandem curtem de terra arabili iurnales DCCXL. de pratis unde colligi poſſunt de fœno carrades DCX. de annona nihil reperimus, excepto, quod decimas provendarunt carrad. XXX. qui ſunt provendati usque ad miſſam S. Iohannis, & ſunt LXXII. de brace modii XII. caballum domitum I. boves XXVI. vaccas XX. taurum I. animalia minota LXI. vitulos V. vervices LXXXVII. agnellos XIV. hircos XVII. capreas LVIII. hædiculos XII. porcos XL. porcellos L. avecos LXIII. pullos L. vaſa apium XVII. de lardo bavones XX. pariter cum minutiis cunctos XXVII. verem occiſum & ſuſpenſum I. formaticos XL. de melle ſiclus dimidius, de butiro ſicli II. de ſale modii V. de ſapone ſicli III. culcitra cum plumariis V. caldaria aerea III. ferrea vero VI. gramacula V. luminare ferreum I. Tinas ferro ligatas XVII. falces X. falciculas XVII. dolaturas VII. ſecures VII. coria hircina X. pelles vervecinas XXVI. ſagenam ad piſcandum I. Eſt ibi genicium in quo ſunt fœminæ XXIIII. in quo reperimus ſarciles V. cum faſciolis IIII. & camiſiles V. Eſt ibi molina I. reddit annis ſingulis modios XII. Reſpiciunt ad eandem curtem manſi ingenuiles veſtiti XXIII. ex his ſunt ſex, quorum reddit unusquisque annis ſingulis de annona modios XIIII. friſhcinguas IIII. de lino ad piſam ſeigam I. pullos II. ova X. de ſemente lini ſextarium I. de lenticulis ſextarium I. Operatur annis ſingulis hebdomates V. arat iurnales III. ſecat de fœno in prato Dominico

carradas I. & introducit. Scaram facit. Cæterorum vero ſunt VI. quorum unusquisque arat annis ſingulis iurnales II. ſeminat, & introducit. Secat in prato Dominico carradas III. & illas introducit, operatur hebdomatas II. dant inter duos in hoſte bovem, id eſt, quando in hoſtem non pergunt, equitat, quocunque illi precipitur. Et ſunt manſi IV. quorum arat unusquisque annis ſingulis iurnales LX. ſeminat, & introducit, ſecat in prato Dominico carradas III. & illud introducit. Operatur in anno hebdomatas VI. ſcaram facit ad vinum ducendum; firmat de terra Dominica iurnalem I. de ligno donat carradas X. Et eſt unus manſus, qui arat annis ſingulis iurnales IX. ſeminat & introducit, ſecat de fœno in prato Dominico carradas III. & illas introducit, ſcaram facit, parafredum donat, operatur in anno ſeptimanas V. Serviles vero manſi veſtiti XIX. quorum reddit unusquisque annis ſingulis friskingam I. pullos V. ova X. nutrit porcellos Dominicos IV. arat dimidiam araturam, operatur in ebdomada III. ſcaram facit, parafredum donat; uxor vero illius facit comiſilem I. & ſarcilem I. conficit bracem, & coquit panem. Reſtant enim de ipſo Epiſcopatu curtes VII. de quibus hic breviatum non eſt, ſed in ſumma totum continetur. Habet quippe ſumma *Auguſtenſis Epiſcopatus* manſos ingenuiles veſtitos mille IV. abſos XXXV. ſerviles vero veſtitos CCCCXXI. abſos XLV. inter ingenuiles autem & ſerviles veſtitos mille CCCCXXVII. abſos LXXX. *explicit.*

Not. Breviarium hocce ex appendice II. tomi II. rer. Franc. Oriental. celeb. Eckarti transſcripſimus, eo quod illud heic ſibi locum poſtulare videbatur. Nempe compertum habemus, inſulam *Staphinſere*, de qua hic ſermo eſt, ubi Eccleſiam in honore S. Michaelis conſtructam invenerunt miſſi regii, haud aliam eſſe quam quæ *Staffelſee* hodieque vocitatur, in *Epiſcopatu Aug.* ſita, ubi *Lantfridus* fundator Buronenſis aſceterium, pridem exciſum, in honorem S. Michaelis Archangeli con-

conſtruxit. Sed de his omnibus ex profeſſo diſſeret Vol. V. Commentarior. noſtrorum, Vir P. R. Bonifacius Riedl, Subprior atque Bibliothecarius Buxanus, de nobis inſigniter meritus.

Num. III. Donatio Wolfdeonis presbyteri. An. 955.

In nomine Domini noſtri Ieſu Chriſti. Ego *Woalfdeo* presbyter cogitans, pro remedio animæ meæ vel pro æterna retributione, ut veniam deliċtorum meorum invenire merear ante tribunal Chriſti. Idcirco trado rem proprietatis meæ atque hereditatem, quod mihi obvenit de parentibus meis, & quod pater meus, *Sigifridus* materque mea *Kriſtina* hereditabunt mihi in villa *Huoneringa*, *Sindilisdorfe*, id eſt, inprimis in loco nuncupato *Huoneringa* caſas & curtes, mancipia in eodem loco manentes, quas tradidi, id eſt, *Sigifrit*, *Mahalhald*, *Zuotari*, *Kotafort*, *Erpho*, *Uotrichc*, *Waltrich*, *Leindraot*, *Raatheri*, *Zeizzo*. *Genia*, *Glismot*, *Wuinilind*, *Tuota*: in loco *Sindilisdorfa* caſas cum curte mancipia, *Iſampert*, *Sauetihho*, *Chempfo*, *Rihhoalf* ſubdiaconum meum, quem mihi ſucceſſorem annuente Domno *Ottone* piiſſimo Imperatore, & ex eleċtione venerabilis Auguſtenſis antiſtitis *Uodalrici* adquiſivi, fratrumque congregationis ſanċti Benediċti. Peculium quoque meorum partem tradidi mobilia mea & inmobilia, quicquid dici vel nominari poteſt, vel ſcripturarum titulis denotar: Id eſt, terris, pratis, ſilvis, campis, calmibus, montibus, aquis, fontibus, aquarumve decurſibus, pomiferis & impomiferis, cultis & incultis, trado atque transfundo, pro remedio anime mee parentumque meorum. Omnia ſupradiċta trado atque transfundo, vel inſolubili vinculo delegaveram, excepto quatuor mancipia, his nominibus: *Samuelem*, *Rikfridum*, *Tuccum*, *Perhlindam*. Cetera omnia a die preſente, ſicut ſupra diċtum eſt, omnia mea poteſtativa, & de quibus hodie ſine ulla contradiċtione poſſeſſus ſum, & in meo iure detineam cum omni integritate, trado atque firmabo ad Eccleſiam ſan-

ſancti Benedicti, que eſt ſita in *Pago* Houſi, in comitatu *Gaminolfi*, in loco nunc *Bura* firmiter tenendum. Qui contra hanc traditionem a me factam aliquid agere voluerit, vel frangere; inprimis iram Dei omnipotentis incurrat, & ab Eccleſia catholica alienus efficiatur, & ſanctus Benedictus ante Dominum ſit exinde exactor, & mundani iudicio perſolvat, ut lex condecet: id eſt, auri uncias ſex: argenti pondera quinque coactus exſolvat, & evindicare non valeat, quod repetit. Hec traditio firma, & inviolabilis permaneat ſtipulatione ſubnexa. † Ego *Woalfdeo*, qui hanc traditionem fieri & firmari rogavi. † *Irminheri.* † *Ernuſt.* † *Rihhart.* † *Peppo.* † *Aſolt.* † *Rihart.* † *Hemipert.* † *Perhtolt.* *Sigiperd.* *Comold.* *Deotprant.* *Yſac.* *Altrich.* † *Arn.* *Sigur.* Facta eſt hec traditio ante miſſos Domini Imperatoris *Ottonis*, cum manu advocati *Oikozi* huius loci, & in preſentia *Gaminolfi* Comitis, advocati fui *Unorgi*, atque omnium nobilium & innobilium hominum, qui in *Pago Houſi* erant ante altare ſancti Benedicti publice anno incarnatione Domini DCCCCLV. indictione prima V. Idus Iulii, tempore *Ottonis* primi Imperatoris piiſſimi Romanorum Auguſti, anno imperii VIII. Ego *Croos* presbyter rogitus ſcripſi & ſubſcripſi, & notavi annum, & diem & horam, hora prima diei V. Idus Iulii, anno Domini, quo ſupra altare ſancti Benedicti.

Not. Qui inſtrumentum hocce cum donatione *Merigozi* Diaconi ſupra n. I. contulerit, mox deprehendet Librarium, qui illud deſcripſit, *Woalfdeoni*, ſolo nomine mutato, affinxiſſe, quam *Merigozus* pridem peregerat piam liberalitatem.

Num. IV. Heinricus III. Imp. confirmat bona Monaſterii. An. 1048.

In nomine ſancte & individue Trinitatis. *Heinricus* divina favente clementia Romanorum Imperator Auguſtus. Si Eccleſiarum Dei loca alicuius doni incremento meliorare vel ditare ſtuduerimus,

mus, nobis id profuturum eſſe minime dubitamus. Quapropter omnium Chriſti fidelium, preſentium ſcilicet ac futurorum noverit univerſitas, qualiter nos divini amoris inſtinctu, ac remedio anime noſtre, ſive interventu atque petitione *Adalperonis* Comitis, nec non *Gotehelmi* Abbatis, tale predium, quale in illis quatuor villis *Buron*, *Chochalon*, *Puhila*, *Orta* nominatis, Monaſterio in honore ſancti Benedicti, confeſſoris Chriſti, in eadem villa *Buron* conſtructo prius pertinere videbatur, ſitum in comitatu *Oudalſcalchi* Comitis, in *Pago* vero *Huoſon*, & poſtea in beneficium multis donatum fuit; nunc etiam cum omnibus pertinentiis, ſeu apendiciis, areis, edificiis, pratis, paſcuis, ſilvis, calmibus, montibus, venationibus, aquis, aquarumve decurſibus, molendinis, piſcationibus, exitibus & reditibus, viis & inviis, queſitis ſeu inquirendis, per hanc noſtram regalem paginam corroborando & confirmando eidem Monaſterio, ad uſum & ſtipendia fratrum inibi Deo famulantium, integre concedimus atque largimur, de noſtro iure ac dominio, in eius ius & dominium omnino transfundimus. Ea quippe ratione, ut preſcripti Monaſterii proviſores, & fratres ibi Chriſto ſervientes, de iam nominato predio, & decimationibus, ſive eorum utenſilibus dehinc liberam habeant poteſtatem, ad utilitatem tamen Eccleſie, quidquid eis placuerit faciendi, omnium hominum contradictione remota. Et ut hec noſtre corroborationis auctoritas ſtabilis, & inconvulſa omni permaneat tempore, hoc preceptum inde conſcriptum, manu propria corroborantes atque confirmantes, Sigilli noſtri impreſſione inſigniri iuſſimus. Signum Domini *Heinrici* tercii Regis invictiſſimi ſecundi Rom. Imp. Auguſti. *Eberhardus* Cancellarius vice *Bardonis* Archicancellarii & Achiepiſcopi recognovi. Data XI. Kal. Nov. anno Dominice incarnationis MXLVIII. indictione I. anno autem Domini *Heinrici* tercii Regis ſecundi Imperatoris, ordina-

nationis eius XX. regni vero X. imperii II. Actum in nomine Domini Ratisbone feliciter, Amen.

Num. V. Heinrici III. Imp. reſtitutio Monaſterii. An. 1056.

In nomine ſancte & individue Trinitatis. *Heinricus* divina favente clementia Rex. Deo ſervire, regnare eſt. Cum ergo propitia divinitate regni gubernacula teneamus, iuxta regiam magnificentiam volumus omnes ſub ſerenitate pacis noſtre gaudere, ſed maxime eos, quos ſpecialiter novimus ad munimen regalis defenſionis attinere. Noverit itaque univerſus Eccleſie katholice cetus, quod quandam Abbatiam *Burin* dictam, a primis fundatoribus & predeceſſoribus noſtris, & a nobis libertate & omni ingenuitate nobilitatam, in noſtram protectionem ac tutelam ſuſcepimus, & quecunque nunc in loco ſunt, vel in futurum qualibuscunque uſibus profutura, iuſte & legitime acquiri poſſunt, *Gotehelmo* Abbati, & eius ſucceſſoribus illibata conſervari decrevimus. Idem ſiquidem Monaſterium antiquitus liberalitate Regum, largitate Principum magnifice ditatum, nunc variis eventuum caſibus, quaſi deſpoliatum remanſit: eo quod ad *regnum* omnia prime fundationis predia, preter ipſum determinalem locum tranſlata ſint. Eius igitur deſolationi condolentes, tum conſilio Principum noſtrornm, *Bertoldi*, *Friderici*, *Oudalrici*, tum rogatu *Welfonis* Ducis, tum fratrum inibi commorantium iuſtis petitionibus annuentes, *Iuzzingen*, *Zeizmanningen*, *Karershuſen*, cum ſuis appendiciis, cum famulis & famulabus, & cum pratis de *Seshopten*, iuxta ripam fluminis *Wirmine* usque *Dietprucce*, eidem Monaſterio imperiali Maieſtate reſtituimus, & Abbati ea loca poſſidendi, vendendi, vel ad quoslibet uſus inflectendi liberam facultatem pro debito noſtro concedimus. Ne ergo quelibet perſona per aliquam ſurreptionem temere venire preſumat. Contra hanc noſtram conſtitutionem, preſentem paginam ſigilli noſtri impreſſio-

ſione corroboramus, & libertatem, quam loco illi pie indulſimus, & reditus, quos redonavimus, omni evo irefragabiliter beato Benedicto, ſibique ſervientibus ſtabilimus.

Not. Subſcriptio Cancellarii, cum ſigillo Cæſareo violenter avulſa eſt; conſtat tamen diploma, hoc datum fuiſſe Turegi, ineunte An. 1056.

Num. VI. Heinricus IV. Imp. Buronenſe monaſterium mancipat Eccleſiæ Friſingenſi. An. 1075.

In nomine ſancte & individue Trinitatis. *Heinricus* divina favente clementia Rex. Omnibus Chriſti noſtrique fidelibus tam futuris quam preſentibus, notum eſſe volumus, qualiter nos ob remedium anime patris noſtri, pie memorie *Heinrici* Imperatoris Auguſti, noſtraque in Chriſto perpetua felicitate, inſtinctu quoque fidelis noſtri *Adalberti* Hamaburienſis Archiepiſcopi, nec non ob fidele ſervitium *Ellenhardi* Epiſcopi ad Eccleſiam Friſingenſem in honore ſancte Dei Genitricis, & ſancti Corbiniani conſtructam, Abbatiam *Burum* dictam in *Pago Sundergove* in comitatu *Sigimari* Comitis ſitam, cum omnibus appendiciis, hoc eſt villis, vineis, in quacunque Provincia, ſeu quocunque Pago, vel comitatu ſitis, nec non utriusque ſexus mancipiis, areis, edificiis, agris, campis, pratis, paſcuis, ſilvis, foreſtis, foreſtariis, venationibus, terris cultis & incultis, aquis, aquarumve decurſibus, moliis, molendinis, exitibus & reditibus, viis & inviis, queſitis & inquirendis, omnique iure & utilitate, quam nos inde habuimus, in proprium dedimus, ea videlicet ratione, ut predictus *Ellenhardus* Friſingenſis Epiſcopus, ſuique ſucceſſores liberam inde poteſtatem habeant tenendi, conſtituendi, vel quidquid ad communem utriusque Eccleſie utilitatem voluerint, faciendi. Et ut hec noſtra regalis traditio ſtabilis & inconvulſa omni permaneat tempore, hanc cartam inde conſcribi, manuque propria corroborantes ſigilli noſtri impreſſione iuſſimus inſigniri. Signum Domini

N 2 *Hein-*

Heinrici quarti Regis. *Sigehardus* Cancellarius, vice *Sigefridi* Archicancellarii recognovi. Data 15. Kal. Sept. anno Dominice incarnationis MLXV. Ind. III. anno autem ordinationis Domini *Heinrici* quarti Regis XI. regni vero VIII. Actum *Gerſtungun* in Dei nomine feliciter, Amen.

Num. VII. Concambium libri & vineæ. An. 1074.

Notum ſit cunctis Chriſti fidelibus, preſentibus ſcilicet atque futuris, qualiter ego *Udalricus* presbyter indignus, ſancti Benedicti ſervus ultimus, tradidi cum permiſſione Abbatis mei *Ratmundi* & omnis congregationis in id ipſum conſentientis, miſſalem librum *Oudalrico Bauzano Comiti*, & impetravi ab illo vineam pretioſam, que ſita eſt in *Bozan* in loco, qui dicitur latino nomine *Runcazi*, quam vineam ſupradictus Comes ob petitionem meam dedit in manum *Diotpoldi* militis ſui, fratris utique mei, ut ille conferret ad altare ſancti Benedicti pro ſe, & pro anima fratris ſui *Altmari* Comitis, omniumque debitorum ſuorum in proprietatem ſempiternam fratribus ibidem Deo ſervientibus, ſine ulla contradictione. Que res facta eſt in villa *Kalthari* in prato eiusdem ville, anno ab incarnatione Domini milleſimo LXXIIII. in VII. feria ſanctorum Coſme & Damiani, regnante *Heinrico IIII.* Rege, ſub *Heinrico* Tridentine Eccleſie antiſtite, in manu teſtium horum, *Adalbertus miles de Gotingum*, *Wolfkeo miles de Outenheim*, *Kerhart miles de Teriunis*.

Num. VIII. Heinricus IV. Imp. Burum in libertatem vindicat. 1078.

In nomine ſancte & individue Trinitatis. *Heinricus* divina favente clementia Rex. Omne quod ſcribitur teſtamentum geſtarum rerum continet fidem, notitiam, memoriam, & firmamentum. Qua ratione, & per hoc ſcriptum, notum ſit omnibus in Chriſto viven-

ventibus tam futuris quam preſentibus, qualiter nos Eccleſiam nomine *Burin*, quam a noſtra manu, & a regia poteſtate dimiſſam & alienatam ſua libertate diſtitueramus; qualiter hanc dum reſipiſcendo nobis inde conſultum voluimus, tum quoque ob ſalutem anime, ac peccatorum remedia beate memorie patris noſtri *Heinrici*, & matris noſtre *Agnetis*, & ob ſalutem amicorum duorum, fidelium noſtrorum, pro quibus ibi ſpecialiter continuis intercedendum orationibus in eternum voluimus: in eam, quum ab inſtitutione ſua ſumpſit libertatem in perpetuum deſtinavimus; quatinus deinceps, ea utatur ita, ut in regia tutela & defenſione contineatur. Cuius libertatis reſtitutio, ut ſtabilis & inconvulſa omni permaneat evo, hanc cartam inde iuſſimus ſcribi, ac propria manu corroboratam noſtro ſigillo inſigniri. Signum Domini *Heinrici* quarti Regis invictiſſimi. *Gebhardus* Cancellarius recognovi. Data anno Dominice incarnationis milleſimo LXXVIII. indictione prima, anno autem Domini *Heinrici* IIII. Regis invictiſſimi ord. XXIIII. regni XXII.

Num. IX. Lotharius II. Imp. Burum contra Aug. Epiſcopum in libertatem vindicat. 1133.

In nomine ſancte & individue Trinitatis. *Lotharius* divina favente clementia tertius Romanorum Imperator Auguſtus. Cum omnibus debitores ſimus, ſpecialius tamen exauditionis aures illis accomodare debemus, quorum orationibus, & hic, & in futuro adiuvari confidimus. Cupientes itaque ſancte converſionis viros, & precipue monaſtice profeſſionis, divine contemplationi ſolummodo operam dare, Eccleſiam nomine *Burin*, ſua quodam ingenuitate deſtitutam, & Auguſtenſis Eccleſie Dominio incompetenter ancillatam, ab ipſius, ac totius ſervitutis iugo, omnino deinceps immunem & liberam eſſe decernimus: ſcientes, tum Principum noſtrorum, religioſorum virorum teſtimonio illam nulli quic-

quam debere, ſed tantummodo imperiali tuitioni ſubiacere. Quam decreti noſtri ſententiam ratam & auctorabilem eſſe volentes, a Domino Papa Innocentio commoniti, ac unanimi coniugis noſtre imperatricis *Richinſe*, & Principum voto interpellati, eandem Eccleſiam, una cum rebus & perſonis, cumque univerſis indeterminate pertinentiis, ab omni, ſicut diximus, ſubiectionis obligatione alienam eſſe debere, tam futuris quam preſentibus notificamus. Itaque imperiali noſtra auctoritate confirmantes, ſucceſſores noſtros, tam Reges, quam Imperatores, huius confirmationis cooperatores, & coadiutores eſſe deſideramus. Precipientes itaque iubemus, ut nullus Archiepiſcopus, Epiſcopus, Dux, Marchio, Comes, Vicecomes, nulla denique magna parvaque perſona prefatam Eccleſiam, vel res eius, in aliquo moleſtare, diveſtire, inquietare preſumat. Si quis vero contra hoc, quod non opinamur, conatus fuerit, & huius confirmationis preſumptuoſus violator extiterit; centum libras auri puriſſimi, medietatem imperatorie camere, & medietatem ſupramemorate Eccleſie fratribus componat. Quod ut verius credatur, & ab omnibus diligentius cuſtodiatur, preſentis decreti paginam ſigilli noſtri impreſſione iuſſimus inſigniri. Signum Domini Lotharii tertii Romanorum Imperatoris invictiſſimi. Ego *Ekkehardus* vice *Adalberti* Archicancellarii, & *Moguntini* Archiepiſcopi recognovi. Data anno incarnationis Dominice MCXXXIII. X. Kal. Septembris indictione XI. anno vero regni Regis Lottharii VIII. imperii primo. Actum in Fringenſi Eccleſia feliciter, Amen.

Num. X. Privilegium Lotharii II. Imp. 1136.

In nomine ſancte & individue Trinitatis. *Lotharius* divina favente clementia tertius Romanorum Imperator Auguſtus. Cum omnibus debitores ſimus, ſpecialius tamen exauditionis aures illis accomodare debemus, quorum orationibus, & hic, & in futuro

turo adiuvari confidimus. Cupientes itaque ſancte converſationis viros, & precipue Monaſtice profeſſionis divine contemplationi ſolummodo operam dare, Eccleſiam nomine *Burin*, ſua quondam ingenuitate deſtitutam; & Auguſtenſis Eccleſie dominio incompetenter ancillatam, ab ipſius, ac totius ſervitutis iugo omnino deinceps immunem & liberam eſſe decernimus: ſcientes tum Principum noſtrorum, tum religioſorum virorum teſtimonio, illam nulli quicquam debere, ſed tantumodo imperiali defenſione tueri, & auxilio in oportunitatibus in tribulatione gaudere. Nam idem locus magne nobilitatis, & opulencie priſcis temporibus noſcitur extitiſſe, ſed nunc variis eventuum caſibus pene defeciſſe, & regnum omnia preter ipſum determinabilem locum ſibi uſurpaſſe; que res Nos facit, ſecundum iuſtitiam & miſericordiam debitores, ſemper eidem Eccleſie preſidium atque ſubſidium ferre. Quapropter permittimus provida, & pia ſedulitate, liberam & canonicam fieri electionem Abbatis, quem ſibi fratres ſecundum preceptum regule ſancti & eximii patris Benedicti elegerint, remota omni conditione vel contradictione, qui Abbas plenariam habeat poteſtatem diſponendi, ordinandi vel agendi, quecunque ſui iuris ſunt intra vel extra, absque omni refragatione, aut ſugillatione. Interdicimus quoque, ne quis quaſi hereditario iure Advocatus exiſtat, ſed quem ſibi Abbas, communicato fratrum conſilio, elegerit, cultorem & amatorem iuſtitie, cui ſub iuramento quatinus ſit iuſtus & utilis Advocatus & ſtrenuus defenſor, committat advocatiam bannum a Rege vel Imperatore ſuſcepturus, qui ſi tyrannica poteſtate ſiſus, Sacramenti violator, & ſponſionis prevaricator extiterit, ſibi non ſua inconſiderate vendicando, placita frequentando, daciones vel exactiones multiplicando, per ſe Advocatum ſeu exactores ſubſtituendo: habeat Abbas poteſtatem eum refutandi, & alium meliorem & utiliorem ſubrogandi, regia fultus & tutus Maieſtate. Quam decreti noſtri ſen-

ſententiam ratam & auctorabilem eſſe volentes, a Domino Papa Innocentio commoniti, ac unamini coniugis noſtre imperatricis *Richinſe*, & Principum voto interpellati, eandem Eccleſiam, dictante iuſtitia, una cum rebus & perſonis, cumque univerſis indeterminate pertinentiis, ab omni, ſicut diximus, ſubiectionis obligatione, iudicio promulgato, alienum eſſe debere, tam futuris quam preſentibus notificamus, idque imperiali noſtra auctoritate confirmantes, ſucceſſores noſtros, tam Reges quam Imperatores, huius confirmationis cooperatores, & coadiutores eſſe deſideramus. Precipientes itaque iubemus, ut nullus Archiepiſcopus, Epiſcopus, Dux, Marchio, Comes, vice-Comes, nulla denique magna, parvaque perſona, prefatam Eccleſiam, vel res eius in aliquo moleſtare, diveſtire, inquietare preſumat. Si quis vero contra hoc, quod non opinamur, conatus fuerit, & huius confirmationis preſumptuoſus violator extiterit. Centum libras auri puriſſimi, medietatem imperatorie camere, & medietatem ſupramemorate Eccleſie fratribus componat. Quod ut verius credatur, & ab omnibus diligentius cuſtodiatur, preſentis decreti paginam ſigilli noſtri impreſſione iuſſimus inſigniri. Signum Domini *Lottharii* tertii Romanorum Imperatoris invictiſſimi. Ego *Eckehardus* vice *Adalberti* Archicancellarii & *Mogontini* Archiepiſcopi recognovi. Data anno incarnationis Dominice MCXXXVI. Kal. Iunii ind. XIIII. anno vero regni Regis *Lottharii* decimo, imperii autem IV. actum in Spirenſi civitate, & confirmatum in generali curia & celebri, multorum Epiſcoporum, Abbatum & Principum ſub Duce *Heinrico II.* & Auguſtenſi Epiſcopo *Walthero*, & advocato Comite *Bertholdo*, Abbate *Engilſcalco* impetrante, & collaborante feliciter, Amen.

Num.

Num. XI. Donatio Theobaldi Marchionis Chambenſis & Vohburg. c. 1136.

Noverit univerſus Eccleſie katholice ſenatus, qualiter Marchio *Theopaldus* partem ſilve, remota omnium contradictione manu poteſtativa tradiderit beato Benedicto perpetualiter poſſidendam a fratribus Burenſibus, ea interpoſita condicione, ut intercedant pro anima ipſius, pro ſuisque parentibus. Eſt autem terminus illius ſilve *a Coſelbach in Vilice, & a Spantanne* ſeptuaginta pedum ſpacio ultra *Suvirznize.* Facta eſt autem traditio hec ſub Rege *Leothario*, & multi teſtes interfuerunt huic traditioni, ſed hii, qui ſubſcribentur, per aures ſunt attracti: *Gerungus de Raite, Oudalricus de Loman, & tres fratres Adelpirtus, Chounradus, Oudeſcalcus, & Alabrandus, & Otto, & Chriſtianus.*

Num. XII. Innocentius II. P. M. libertatem Buri adſtruit. c. 1137.

Innocentius Epiſcopus ſervus ſervorum Dei dilectis filiis Burenſis Monaſterii Monachis ſalutem & apoſtolicam benedictionem. Sicut ſcriptura ſacra teſtatur: Libat Domino proſpera, qui ab afflictis pellit adverſa. Quia igitur filius noſter *Engelſcalcus* Abbas veſter ad nos veniens a fratre noſtro *Walthero* Auguſtenſi Epiſcopo, tum pro ſua deiectione, tum pro ſententia anathematis poſita ſuper eum, multa gravamina ſe pertuliſſe aſſeruit; eius oppreſſionibus paterna affectione compaſſi ſumus. Accedit ad hoc, quod glorioſus filius noſter *Lotharius* Imperator Burenſem abbatiam dicit eſſe regalem, atque in ſua curia eſſe recognitum, & ſententia Principum iudicatum & imperiali privilegio aſſerit confirmatum. Ideoque nos, quorum precipue intereſt venerabilium locorum quieti adtentius providere, fratri noſtro *Walthero* Auguſtenſi Epiſcopo mandando precepimus, quatinus prefato Abbati ve-

ſtro in bonis, aut etiam in perſonis nullam de cetero iniuriam vel moleſtiam inferat, ſed potius tam vos quam ipſum in pace vivere, & Deo ſervire permittat. Quod enim in curia imperiali cauſa cognita, ſententia Principum eſt rationabiliter iudicatum, de fundo videlicet, in quo idem Monaſterium ſitum eſt, nolumus immutari, ſed ratum haberi: nec vos lateat, quoniam prefatum Abbatem veſtrum a vinculo ſupradicte excommunicationis abſolvimus, & ut ei tanquam Prelato ac Magiſtro veſtro obedientiam& reverentiam deferatis mandando precipi[illegible]s. Dat. *Bari* XVII. Kal. Iulii.

Num. XIII. Innocentius II. [illegible]M. libertatem Buri contra Epiſc. Auguſt. vindicat. c. 1137.

Innocentius Epiſcopus ſervus [illegible]m. Dei venerabili fratri *Walthero* Auguſtenſi Epiſcop[illegible] & apoſtolicam benedictionem. Veniens ad nos filius noſter *Engelſcalcus* Burenſis Abbas, ſe a tua fraternitate multa gravamina pertuliſſe aſſeruit, tum pro ſua deiectione, tum pro ſententia anathematis ſuper eum poſita. Preterea glorioſus filius noſter *Lotharius* Imperator Burenſem abbatiam dicit eſſe regalem, atque in curia ſua eſſe recognitum, & ſententia Principum iudicatum, atque imperiali privilegio confirmatum. Ideoque fraternitati tue mandamus, atque precipimus, quatenus per te, vel per ſummiſſam perſonam nullam prefato Abbati, vel eius fratribus de cetero iniuriam vel moleſtiam inferas, ſed potius eos in pace vivere, & Deo ſervire permittas: quod enim in curia imperiali cauſa cognita ſententia Principum iudicatum eſſe cognoſcitur, nolumus immutari, ſed rati haberi, de fundo videlicet, in quo idem cenobium eſt ſitum. &c. Data *Buri* III. Id. Iulii.

Num.

Num. XIV. Alia Bulla ejusdem argumenti. c. 1137.

Innocentius Epiſcopus ſervus ſervorum, Dei venerabili fratri *Waltheri* Auguſtenſi Epiſcopo ſalutem & apoſtolicam benedictionem. Noverit tua fraternitas, quod *Engeſcalcus* Burenſis Monaſterii Abbas, & *O.* confrater ſuus, cum ſedem apoſtolicam anno preterito viſitaſſent, ex mandato noſtro a ſententia, qua eos alligaveras, ſunt ſoluti. Proinde per apoſtolica tibi ſcripta mandamus, atque mandando precipimus, quatenus omni diſſimulatione ſummota eos in eccleſiaſticam communionem ſuſcipias, & prefatum Monaſterium, nec in bonis nec in malis perſonis de cetero inquietes, nec ab aliquo infeſtari permittas. Moleſtum autem nobis eſt, quoniam literis noſtris non qualem decuit, reverentiam exhibuiſti, & fratres ipſos poſt ſuſceptos apoſtolicos apices infeſtaſti. Ea propter mandamo precipimus, quatenus fratres, qui pro tua infeſtatione ab eodem Monaſterio receſſerunt, ad locum ſuum reducas vel libere redire permittas.

Num. XV. Privilegium libertatis Lotharii II. Imp. c. 1137.

Lotharius Dei gratia Romanorum Imperator Auguſtus *Walthero* Auguſtenſi Epiſcopo gratiam ſuam, & omne bonum. Mirari ſatis non poſſumus, quod Abbatem, & fratres Burenſis Monaſterii, poſteaquam a te diſceſſimus, tantis vexaſti afflictionibus, maxime cum ea, que inter vos agitabatur cauſa, iudicio & conſilio Principum fuerit deciſa, & libertas loci noſtro privilegio, ac divali iuſſione renovata & roborata: que res quantum divinis & humanis legibus reſultet, prudentie tue ſatis patet. Eapropter mandamus & precipimus ſub obtentu gratie noſtre, ut ab infeſtatione eiusdem Monaſterii omnino deſiſtas, & libertatem diu habitam, & per nos renovatam in nullo temerare, vel diminuere

re de cetero preſumas. Nolumus enim, ut aliquis contra ius in ſervitutem redigatur, imo iniuſte redactus debita per nos libertate pociatur. Idem etiam Dominus Papa approbavit, & ſub canonica animadverſione, ne ulterius preſumatur, confirmavit.

Num. XVI. Privilegium libertatis Conradi III. Rom. Regis. 1143.

In nomine ſancte & individue Trinitatis. *Conradus* divina favente clementia Romanorum Rex ſecundus. Regie celſitudinis eſt Eccleſiarum paci ac quieti in omnibus providere clementer, & quod iuſticie proprium eſt, ſua unicuique ſine alicuius detrimenti iniuria conſervare. Proinde noverit omnium fidelium noſtrorum induſtria, quod in Auguſtenſi Epiſcopatu cenobium quoddam nomine *Burin*, a predeceſſoribus noſtris Regibus videlicet ſeu Imperatoribus, nobilibusque viris, nobiliter in honore ſancti Benedicti Monachorum patris edificatum eſt, & poſſeſſionibus regni liberaliter ampliatum: privilegiis etiam ac preceptis in omni immunitate ac libertate, que Deo ſervientibus convenit ſtudioſe munitum. Verum peccatis hominum promerentibus, pace inter Principes turbata, res predicti Monaſterii adeo collapſe ac diſſipate ſunt, ut non ſolum univerſa poſſeſſio, ſed etiam clauſtra Monachorum iam ſemiruta, laicis ad poſſidendum & habitandum traderentur. Ceterum ubi divine clementie placuit, expulſis tribulationum tenebris ſerenum pacis eidem loco reſtituere, ceperunt quidam viri timorati ibidem paulatim aggregari, & de collatis piorum elemoſinis, devote Domino famulari. Oboritur iterum adverſus eundem venerabilem locum turbida tempeſtas, pro eo ſcilicet, quod Friſingenſis Eccleſia primo, deinde vero Auguſtenſis, regie Maieſtati quorundam perſuaſione ſubripientes, idem Monaſterium iure libertatis ſue, & privilegiis deſtituere & humiliare conate ſunt; ſed adverſus Friſingenſes privilegium

Hein-

Heinrici Imperatoris: contra Auguſtenſes vero privilegium predeceſſoris noſtri *Lotharii* pro aſſerenda prefate Eccleſie libertate, ſatis clementer ac diligenter conſcripta ſunt; que privilegia ſepedicti Monaſterii venerabilis Abbas *Waltherus*, in curia noſtra quam *Ratisbone* celebravimus, relegenda & confirmanda obtulit. Cuius religioſe & rationabili petitioni, pietatis aſſenſu inclinantes maxime ammonitione Domini Pape Innocentii ſecundi, iam dictum locum *Burin*, in noſtram & omnium ſucceſſorum noſtrorum, tam Regum quam Imperatorum protectionem, ac tutelam ſuſcipimus: ita videlicet, ut nullius unquam ordinis perſone liceat prefatum Monaſterium cum ſuis appendiciis, in beneficium, ſive concambium vel mondiburdium accipere, ſed ad noſtram & Regum omnium protectionem, ac tutelam ſemper habeat attinere. Habeant igitur Monachi eiusdem loci [ ] per omnia tempora obeunte Abbate, liberam facultatem eligendi ſibi Abbatem ſecundum auctoritatem ſacre regule, quem concors ac unanimis fratrum aſſenſus popoſcerit; qui Abbas plenariam habeat poteſtatem ordinandi tam intus quam extra Monaſterii ſui, & agendi ſine alicuius refragatione, in rebus, que Monaſterio ſuo pertinere noſcuntur. Nullus ibidem advocatus hereditario iure exiſtat, ſed Abbas communicato fratrum conſilio, iuſtum ſibi & idoneum defenſorem licenter eligat. Qui poſtquam de iure & rebus Eccleſie conſervandis, per Sacramentum ſecuritatem fecerit, bannum a Rege vel Imperatore ſuſcipiat. Qui ſi poſtmodum Dei per quem iuravit oblitus, iura Eccleſie preſumperit violare, & tam ipſos Monachos, quam eorum homines & poſſeſſiones hoſpitationibus & indebitis placitis vexare: habeat Abbas plenam poteſtatem tyrannidem eius a ſe repellendi, & alium meliorem & utiliorem ſubrogandi. Precipientes itaque iubemus, ut eandem Eccleſiam unacum rebus & perſonis ſuis, ab omni ut diximus ſubiectionis obligatione liberam, nullus Archiepiſcopus, Epiſcopus, Dux, Marchio, Comes, vice

Comes, nulla denique magna, parvaque perſona, in aliquo moleſtare, diveſtire vel inquietare preſumat. Et quoniam regalia omnia, que eidem Ecclefie collata fuerant, inde penitus ablata ſunt, neque nobis, neque alicui ſucceſſorum noſtrorum, Regum videlicet vel Imperatorum, aliquod ſervitium vel ſervitii redemptionem ex eodem loco retinuimus. Si vero aliquis contra huius confirmationis paginam preſumptuoſe fecerit, centum libras auri puriſſimi componat, cuius ſumme medietatem memorate Eccleſie, medietatem vero fiſco noſtro inferat. Quod ut ab omnibus diligentius cuſtodiatur, preſentis ſcripti paginam ſigillo noſtro inſigniri fecimus. Signum Domini *Cuonradi* Romanorum Regis ſecundi. Ego *Arnoldus* Cancellar. vice *Heinrici*, *Moguntini* Archiepiſcopi, & Archicancellarii recognovi. Anno Dominice Incarnat. MCXLIII, indictione quinta, regnante *Cuonrado* Romanorum Rege ſecundo, anno vero regni eius VI. Actum apud *Ratisbonam* in Chriſto feliciter, Amen.

Num. XVII. Protectorium Eugenii III. P. M. 1145.

Eugenius Epiſcopus ſervus ſervorum Dei dilectis filiis *Gualtero* Abbati ſancti Benedicti de *Burin*, eiusque fratribus ſalutem & apoſtolicam benedictionem. Ad hoc a ſummo Paſtore omnium in apoſtolice ſedis regimine paſtoralem curam accipimus, ut ſubditorum ſaluti paterno provideamus affectu, eosque ab infeſtantium oppreſſione munimine ſedis apoſtolice defenſemus. Ea propter dilecti in Domino filii veſtris petitionibus gratum impertientes aſſenſum, prefatum ſancti Benedicti Monaſterium ſub beati Petri, & noſtra protectione ſuſcipimus, & preſentis ſcripti patrocinio communimus. Statuentes, ut quascunque poſſeſſiones, quecunque bona ex conceſſione pontificum, largitione Regum, oblatione fidelium, ſeu aliis modis in preſentiarum veſtra Eccleſia poſſidet, aut in futurum iuſte & canonice Deo propitio po-

te-

terit adipiſci, firma vobis veſtriſque ſucceſſoribus, & illibata permaneant. Et quia idem Monaſterium multis olim poſſeſſionibus, & divitiis ditatum, ſicut ex reſcripto litterarum illuſtris memorie *Lottarii* Romanorum Imperatoris inſpeximus, regni neceſſitas & imminentia expoliaverunt negotia: placuit eidem Imperatori illud libertate donare, & ab omnibus iniuriis ſeu exactionibus immune ſtatuere. Nos ergo eandem libertatem auctoritate apoſtolica confirmamus, & inviolatam inperpetuum manere decernimus. Advocatus quoque ſicut idem Imperator decrevit, nullus ibi ponatur, niſi quem Abbas eiusdem loci conſilio fratrum elegerit; qui ſi preter ius ſuum ad res Eccleſie contra voluntatem Abbatis manum extenderit, iuxta tenorem litterarum jam dicti Imperatoris Abbas poteſtatem habeat eum refutandi. Obeunte vero te nunc eiusdem loci Abbate, vel tuorum quolibet ſucceſſorum, nullus ibi qualibet ſurreptionis aſtutia preponatur, niſi quem fratres communi conceſſu, vel fratrum pars conſilii ſanioris ſecundum Dei timorem & beati Benedicti regulam providerit eligendum. Nulli ergo hominum Clerico ſive Laico fas ſit ipſum Monaſterium temere perturbare, aut eius poſſeſſiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, aut aliquibus moleſtiis fatigare, ſed omnia integra conſerventur, eorum pro quorum ſuſtentatione conceſſa ſunt uſibus profutura, ſalva ſedis apoſtolice auctoritate, & Dioceſani Epiſcopi canonica iuſtitia. Si quis igitur in futurum contra huius noſtri ſcripti paginam ſcienter venire temptaverit, & commonitus preſumptionem ſuam emendare contempſerit, reum ſe futuro iudicio exiſtere de perpetrata iniquitate cognoſcat, & a ſacratiſſimo corpore & ſanguine Domini noſtri Ieſu Chriſti alienus fiat: conſervantes autem gratia divina cuſtodiat, & ſue benedictionis participes faciat. Dat. Remis per manum *Guidonis* ſancte Rom. Eccleſie Diaconi Cardinalis & Cancellarii V. Kal. Aprilis, Ind.

XI.

XI. Incarnat. Dominice, anno MCXLVIII. Pontificatus vero Domini *Eugenii* III. Pape, anno IIII.

Num. XVIII. Privilegium ampliſſimum Adriani IV. Anno 1155.

Adrianus Epiſcopus ſervus ſervorum Dei dilectis filiis, *Walkero* Abbati ſancti Benedicti *Burin*, eiusque fratribus tam preſentibus quam futuris, regularem vitam profeſſis in perpetuum. Officii noſtri nos ammonet & invitat auctoritas pro Eccleſiarum ſtatu ſatagere, & earum quieti ac tranquilitati ſalubriter auxiliante Domino providere: dignum namque, & honeſtati conveniens eſſe dignoſcitur, ut qui ad Eccleſiarum regimen Domino diſponente aſſumpti ſumus, eas & a pravorum hominum nequitia tueamur, & beati Petri atque ſedis apoſtolice patrocinio muniamus. Ea propter dilecti in Domino filii, veſtris iuſtis poſtulationibus clementer annuimus, & prefatum Monaſterium in quo divino mancipati eſtis obſequio, & ad exemplar predeceſſoris noſtri felicis memorie Pape *Eugenii* ſub beati Petri & noſtra protectione ſuſcipimus, & preſentis ſcripti privilegio communimus: ſtatuentes, ut quaſcunque poſſeſſiones, quecunque bona idem Monaſterium in preſentiarum iuſte & canonice poſſidet, aut in futurum conceſſione Pontificum, largitione Regum vel Principum, oblatione fidelium, ſeu aliis iuſtis modis procurante Domino poterit adipiſci, firma vobis veſtriſque ſucceſſoribus, & illibata permaneant. Et quia idem Monaſterium, multis olim poſſeſſionibus & divitiis ditatum, ſicut ex reſcripto litterarum illuſtris memorie *Lotharii* Romani Imperatoris inſpeximus, regni neceſſitas, & imminentia expoliaverunt negotia, placuit eidem Imperatori illud libertate donare, & ab omnibus iniuriis, ſeu exactionibus immune ſtatuere. Nos ergo eandem libertatem auctoritate apoſtolica confirmamus, & inviolatam in perpetuum manere decrevimus.

Ad-

Advocatus quoque, ſicut idem Imperator decrevit, nullus ibi ponatur, niſi quem Abbas eiusdem loci, conſilio fratrum, elegerit, quem ſi preter ius ſuum ad res Eccleſie contra voluntatem Abbatis manus extenderit, iuxta tenorem litterarum iam dicti Imperatoris Abbas poteſtatem habeat refutandi. Obeunte vero te nunc eiusdem loci Abbate, vel tuorum quolibet ſucceſſorum, nullus ibi qualibet ſurreptionis aſtutia ſeu violentia preponatur, niſi quem fratres, communi conſenſu, vel fratrum conſilii pars ſanioris, ſecundum Dei timorem, & beati Benedicti regulam providerint eligendum. Sepulturam quoque ipſius loci liberam eſſe concedimus, ut eorum devotioni & extreme voluntati, qui ſe illic ſepeliri deliberaverint, niſi forte excommunicati vel interdicti ſint, nullus obſiſtat; ſalva nimirum matricis Eccleſie canonica iuſtitia. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat ſupradictum Monaſterium temere perturbare, aut eius poſſeſſiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, ſeu quibuslibet vexationibus fatigare; ſed illibata omnia & integra conſerventur, eorum, pro quorum gubernatione & ſuſtentatione conceſſa ſunt, uſibus omnimodis profutura: ſalva nimirum apoſtolice ſedis auctoritate, & Diœceſani Epiſcopi canonica iuſtitia. Si qua in futurum eccleſiaſtica ſecularisve perſona, hanc noſtre conſtitutionis paginam ſciens, contra eam temere venire temptaverit, ſecundo tertiove commonita niſi preſumptionem ſuam congrua ſatisfactione correxerit, poteſtatis honorisque ſui dignitate careat, reamque ſe divino iudicio exiſtere, de perpetrata iniquitate cognoſcat, & a ſacratiſſimo corpore ac ſanguine Dei & Domini Redemptoris noſtri Ieſu Chriſti aliena fiat, atque in extremo examine diſtricte ultioni ſubiaceat; cunctis autem eidem loco ſua iura ſervantibus ſit pax Domini noſtri Ieſu Chriſti, quatinus & hic fructum bone actionis percipiant, & apud diſtrictum iudicem premia eterne pacis inveniant, Amen. Ego *Adrianus* catholice Eccleſie Epiſcopus. Ego *Ymarus* Tuſcul.

 Epi-

Epiſcopus. Ego *Cinthius* Portuenſis & S. Rufine Ep. Ego *Gregorius* Sabinenſis Epiſcopus. Ego *Guido* pbr. Card. tt. S. Chriſogoni. Ego *Hubaldus* pbr. Card. tt. S. Praxedis. Ego *Manfredus* pbr. Card. tt. S. Savine. Ego *Octavianus* pbr. Card. tt. S. Cecilie. Ego *Aſtaldus* pbr. Card. tt. S. Priſce. Ego *Ioannes* pbr. Card. tt. SS. Silveſtri & Martini. Ego *Oddo* Diac. Card. S. Georgii ad velum aureum. Ego *Guido* Diac. Card. S. Marie in porticu. Ego *Ioh.* Diac. Card. SS. Sergii & Bachi. Ego *Gerardus* Diac. Card. S. Marie in via lata. Dat. Rome, apud ſanctum Petrum, per manus *Rolandi* ſancte Romane Eccleſie Pbri Card. & Cancellar. XV. Kal. Maij, Indict. III. Incarnat. Dominice anno MCLV. Pontificatus vero Domini *Adriani* Pape IIII. An. primo.

Num. XIX. Privilegium ampliſſimum Friderici I. Imp. Anno 1155.

In nomine ſancte & individue Trinitatis. *Fridericus* favente Dei clementia Romanorum Imperator ſemper & Auguſtus, Burenſis cenobii fratribus. Imperialis Maieſtas ab omnibus hominibus ea que ſunt honoris & reverentie ſibi querit impendi, ſpirituales vero viri & eorum bona, eo quod ſoli Deo inhereant, & orationibus pro regni ſtatu invigilent, debent regia auctoritate ab omni invaſoria preſumptione tueri, atque defendi. Unde Abbatiam in honore ſancti Benedicti conſtructam, nomine *Burin*, in epiſcopatu Auguſtenſi, ad radices montium ſitam, omnimoda libertate communimus, & dicta predeceſſorum noſtrorum beate memorie *Heinrici & Lotharii* Imperatorum, & *Conradi* Regis per preſentem paginulam, remota omnium refragatione, corroboramus. Sed quia omnia prime fundationis predia ad regni augmentum antiquitus diſtracta eſſe noſcuntur, ſtatuimus ut que eidem loco elemoſinis piorum collata ſunt, vel quecunque iuſtis acquiſitionibus acquiri poſſunt, qualibuscunque uſibus profutura, eidem inconvul-

ſa permaneant, ut inibi Deo & beato Benedicto ſervientes debitum ſervitutis penſum ſub ſerenitate pacis noſtre non pigritantes perſolvant. Omnia vero quecunque gignit humus ſive ſub foſſa humi, ſive ſint vene ſalis, vel ferri, vel argenti, vel cuiuscunque metalli, eidem loco ſtabilimus; & quoniam omnia regalia inde penitus ablata ſunt, neque nobis, neque alicui ſucceſſorum noſtrorum, Regum videlicet vel Imperatorum, aliquod ſervitium ex eodem loco deinceps offerri ſancimus. Noverit ergo univerſalis Eccleſia, quod iam predictum locum ſic in noſtram & omnium ſucceſſorum noſtrorum tam Regum quam Imperatorum protectionem ac tutelam ſuſcipimus, ut nullius unquam ordinis perſone liceat prefatum Monaſterium, cum ſuis appendiciis, in beneficium, ſive concambium, vel mundiburdium accipere, ſed ad noſtram & Regum omnium protectionem ac defenſionem ſemper habeat attinere. Abbas vero, qui ſecundum ſcita canonûm & regulam beati Benedicti preeſt Monaſterio, habeat liberam facultatem, communi fratrum conſilio, de omnibus ad ſe pertinentibus poſſidendi, vendendi, concambiendi vel quidlibet agendi: quod tamen non conceditur, niſi pro maiori utilitate Monaſterii. Nullus ibi advocatus hereditario iure exiſtat, ſed Abbas, communicato fratrum conſilio, iuſtum ſibi & idoneum defenſorem licenter eligat, qui poſtquam de iure & rebus Eccleſie conſervandis per Sacramentum ſervitutem fecerit, bannum a Rege vel Imperatore ſuſcipiat; qui ſi poſtmodum Dei per quem iuravit oblitus, iura Eccleſie preſumpſerit violare, & tam ipſos Monachos, quam eorum homines & poſſeſſiones hoſpitationibus, & indebitis placitis vexaverit, habeat Abbas plenam poteſtatem regia ſuffultus auctoritate tirannidem eius a ſe repellendi, & alium meliorem & utiliorem ſubrogandi. Si Dux Bavarie Dei amore compunctus, vel Abbatis & fratrum placatus obſequio, aliquos reditus de antiquitus ablatis reditibus reſtituere voluerit Monaſterio, noſtro permiſſu

& benivolentia ſic ſtabilimus, ut Dux illi in Ducatum ſuccedens, ea que per nos ſtatuta ſunt nullatenus infringere preſumat. Precipientes itaque iubemus, ut eandem Eccleſiam, una cum rebus & perſonis ſuis, ab omni, ut diximus, ſubiectionis obligatione liberam, nullus Archiepiſcopus, Epiſcopus, Dux, Marchio, Comes, vice-Comes, nulla denique magna parvaque perſona, in aliquo moleſtare, diveſtire vel inquietare preſumat. Si vero aliquis contra huius confirmationis paginam preſumptuoſe fecerit, centum libras auri puriſſimi componat, cuius *ſummam auctoritatis* memorate Eccleſie, medietatem vero fiſco noſtro inferat, quod ut ab omnibus diligentius cuſtodiatur, preſentis precepti paginam ſigillo noſtro inſigniri fecimus. Signum Domini *Friderici* Romanorum Regis invictiſſimi. Ego *Arnoldus* Colonienſis Archiepiſcopus & Italici regni Archicancellarius recognovi. Datum in territorio Bononienſi; Idus Maij anno Dominice incarnationis MCLV. Indict. IV. regnante Domino *Friderico* Romanorum Rege glorioſo, anno quinto, regni eius quarto.

Num. XX. Abdicatio prædii Elſindorf. 1161.

In Dei nomine. Ego *Berchtoldus Comes de Andehſen.* Notum facio omnibus Chriſti fidelibus tam futuris quam preſentibus, qualiter quedam diſſenſio, que, propter predium *in Elſindorff*, inter duas fuit Eccleſias Admuntenſem videlicet, atque Burenſem, hoc modo eſt ſedata: Burenſes enim hanc ſuam contradictionem deſerentes, predium illud a ſe penitus abdicaverunt, & eandem ſue abdicationis ſententiam proprio ſiquidem ſcripto firmaverunt. Quapropter ego *Bertoldus* prefate Burenſis Eccleſie advocatus, conſequentur illius predii abdicationem feci, in manu ſcilicet *Friderici Palatini Comitis*, in cuius comitatu poſſeſſio illa fundata, & in cuius iudicio eadem diſſenſio fuerat olim ventilata; ut aperte univerſa Chriſti cognoſcat Eccleſia, proprietatem illam ad uſum Ad-

mun-

muntenſis Eccleſie firmiter, & ſine ulla contradictione, debere in perpetuum permanere. Acta ſunt hec in *generali curia Ducis Heinrici* Ratisbone, preſentibus his Principibus & annitentibus: *Chunrado Eiſtettenſi Epiſcopo*, *Berhtoldo Marchione de Vochburch*, *Engilberto Comite Hallenſi*, *Gebehardo filio eius*, *Sigifrido Comite de Liubenow*, *Chunrado Comite Valei*, *Chunone de Megeling*, *Heinrico de Schowenburch*. De Miniſterialibus, *Rudiggro*, *Mergarde filio*, *Udalrico de Chalhaim*, & aliis quam pluribus, anno Incarnat. Dominice MCLXI. regnante invictiſſimo Rom. Imperatore *Friderico* ſemper Auguſto.

Num. XXI. Jura parochialia Eccleſiæ in Wihſe. An. 1185.

In nomine ſancte & individue Trinitatis, *Ulſchalcus* Auguſtenſis Eccleſie Epiſcopus. Quamquam cum omnibus, ex debito caritatis, pacem habere debeamus, precipue tamen cum domeſticis fidei in pace colere pacis debemus auctorem. Ut ergo confratres noſtros & magis religioſos nulla occaſione, quoquo modo, a ſabbato concordie deviemus; quia ubi fratres in unum glorificant Dominum, ibi dabit Dominus benedictionem; Ideo notum eſſe volumus univerſis Chriſti fidelibus tam futuris quam preſentibus, quod inter nos & dilectum confratrem noſtrum *Albertum* Abbatem Burenſem & Monaſterium ſuum, quandoque mota eſt controverſia de conventu cuiusdam Eccleſiole *in Wihſe* in fundo ſuo ſite, illo aſſerente predictam Eccleſiam baptismalem eſſe, & proprii iuris decimam, plebem, & ſepulturam legitimam habere; nos e contra, ſicut teſtimonium habuimus in tota Eccleſia noſtra, diximus illam eſſe filiam baptismalis Eccleſie noſtre *in Staffenſe*, & omni privilegio carere. Lis iſta ſepius ventilata & non terminata, tandem interpoſito prudentum conſilio, ut omnia fierent in caritate & pace, conceſſimus eis, ut & ipſi ex parte nobis morem gererent. Predicte etenim Eccleſie parochiale privilegium con-

talimus in perpetuum, decimam, baptismum, & ſepulturam ei recognovimus, & auctoritate noſtra perpetuo iure hoc ei confirmavimus: ſub tali conditione, quod quicunque ſacerdos prefate Eccleſie noſtre *in Staffenſe* legitime preſideat, de cetero & illam *in Wihſe* a Domino Abbate *in Burren*, & ſuo Monaſterio per canonicam vocationem recipiat, & ius fundi ei recognoſcat, neque Abbas poteſtatem habeat, alienandi vocationem illam in aliam perſonam, quam in ſacerdotem ſepius dicte Eccleſie noſtre. In hec autem que diximus, utrique pari conſenſu, tranquillo animo, convenimus, & ut inconvulſa & firma penes poſteros noſtros de cetero remaneant, ſub anathemate precipimus, & preſenti pagina ſubſcribentes, auctoritatis noſtre ſententia firmamus. Huius autem rei teſtes ſunt predicti Monaſterii fratres: videlicet *Heinricus prior*, *Eberhardus*, *Uſchalci de Uffelendorff* qui etiam interfuit, *Bernhardus prepoſitus*, *Alber cuſtos*, *Alber plebanus*, & ceteri inibi tunc temporis Deo militantes. De provincia *Fridericus Decanus*, *Eberh. Heinricus*, *Dietrich*, *Alber*, & item *Alber Canonici de Heibach*, *Witego Archidiaconus*, *Albreht de Staffenſe*. Acta ſunt hec anno Dominice incarnationis MCLXXXV.

Num. XXII. Marcwardus liberos ſuos mancipat Buro. circ. An. 1200.

In nomine Patris & filii & Spiritus ſancti, Amen. Preſentibus & futuris notum eſſe cupimus per hoc ſcriptum, quod ego *Marquardus* cum uxore mea *Iuota*, *Alberto* Abbate preſidente, duos filios meos, ſcilicet *Marcquardum & Albertum*, & tres filias *Hemmam*, *Gerburck*, *Kunegunden*, cum eſſent de libera proſapia orimde, & nullius obnoxie ſervituti, tradidi ſancto Benedicto *in Buren* perpetuo ſerrituros; hoc tamen pacto interiecto, quod ſenior ex illis in die S. Michaelis unum denarium ponendo ad cuſtodiam filios & filias alias ab omni genere & iugo ſervitutis abſolvat,

&

& ſic filii filiorum & filie per omnem ſucceſſionem noſtre propaginis adulti, ſolo denario ab omni vectigali, & exactione ſe liberent, niſi forte ad ordinationem novi Abbatis donum ſuum & devotam preſentationem exhibeant. Inſuper advocatum alium preter Regem habere non poſſint, qui ius illis defendat & ſtatuat, niſi quis ex illis ſponte ſibi advocatum poſtulet ab Abbate. Huius facti teſtes ſunt, qui viderunt & audierunt: *Chonradus ſacerdos in Huſenwanch*, qui frater uxoris mee fuerat, & hec omnia procuravit, *& Otto*, *& Burchard*, *& Tophe milites in Muotelinſten*, *& Meinhart dives*, *& Meinhard pater villici Uolrici*, & quam plures alii, qui teſtimonium perhibent de his que ſunt hic ſcripta, & quod in noviſſimis mortaria ſine vexatione debent perſolvere, & uxores de Eccleſia ſua ducere: & hec cognatio *de Tegerbach* frui debet hoc iure.

Num. XXIII. Privilegium Philippi Regis. An. 1208.

Philippus ſecundus Dei gratia Romanorum Rex ſemper Auguguſtus. Quia ex officio ſuſcepti Regiminis quod habemus Imperiali dignitate, quam nos tum ex divina ordinatione tum ex legitima Principum electione ſumus conſecuti, Eccleſias Dei per omnes dies noſtros inſtaurari cupimus & volumus, & ſicubi quoquo modo aliquam iacturam paſſe ſunt, ipſas in hiis volumus reſtaurari, & ut ipſe maneant ſub noſtre pacis plena tranquilitate: ſignificamus univerſis preſentem paginam inſpecturis, quod nos Eccleſiam *in Burin* ſub Majeſtatis noſtre ſpecialem ſuſcepimus protectionem. Statuentes & Regia precipientes auctoritate, ut univerſi Deo ibi famulantes, cum omnibus bonis ſuis tam mobilibus, quam immobilibus, omnimoda gaudeant ſecuritate, & ut nihil moleſtie, dampni vel gravaminis ab aliquo vel aliquibus ipſi Eccleſie inferatur, ſub pena gratie noſtre inhibemus. Inſuper ut jam dicta Eccleſia *in Burin* maiori gaudeat libertate, &

fir-

firmiori potiatur ſecuritate, omnia privilegia ab anteceſſoribus noſtris divis Romanorum Imperatoribus ſeu Regibus ipſi Eccleſie indulta, & precipue illud privilegium quod dilectus pater noſter, Fridericus Romanorum Imperator Auguſtus jam prefate Eccleſie contulit, confirmamus, ſicut & ipſe pater noſter privilegia ſuorum anteceſſorum per ſuum privilegium confirmavit & ſtabilivit, Regio precipientes edicto, ut iam dicta privilegia & quidquid prefate Eccleſie indultum in hiis eſt, firmiter & inviolabiliter obſerventur. Quicunque vero contra hanc noſtram regiam conſtitutionem venire preſumpſerit LX. libras auri componat, dimidium nobis, reliquum dicte Eccleſie perſolvendum. Datum Hagenowe VIII. Idus Martii indictione XI.

Num. XXIV. Confirmatio Cæſarea donationis. An. 1217.

Fridericus ſecundus Dei gratia Romanorum Rex & ſemper Auguſtus & Rex Sicilie. Notum facimus univerſis Imperii fidelibus tam preſentibus quam futuris quod cum Miniſterialis noſter *Tidericus de Kaufringen*, conſentiente uxore ſua, manſum unum apud Schorrin ſitum, de terra culta & inculta, titulo venditionis, monaſterio de Burron ad radices montium donaverit; idem Tidericus una cum ejusdem loci prepoſito Friderico nobis attentius ſupplicavit, ut donationem ipſam ratam vellemus habere & per manus noſtras fieri permitteremus. Igitur pro ſalute noſtra & ob remedium animarum omnium progenitorum noſtrorum donationem eandem, per manus noſtras legitime factam, ratam habentes & gratam, prefato Monaſterio de Bürren ipſum manſum cum omni jure ſuo perpetuo poſſidendum confirmamus. Sub interminatione gratie noſtre firmiter precipientes, ne quis Abbatem aut fratres deinceps in ipſo manſo, & eius proventibus moleſtare vel impedire

dite preſumat. Dat. apud Auguſtam, An. Domini MCCXVII. VI. Id. Ian. indictione V:

Num. XXV. Otto Dux Meraniæ donat Buro decimas bonorum ſuorum. An. 1218.

In nomine ſancte & individue trinitatis. Quoniam ea que pro ſalute animarum fiunt neceſſarium eſt, ut ſcripture que ſacrarium eſt memorie commendentur; hinc eſt quod nos *Otto* Dei gratia *Dux Meranie Palatinus Comes Burgundie* tenore litterarum preſentium notum eſſe cupimus univerſis quod nos ob remedium animarum noſtrorum progenitorum, nec non in ſpem divine remunerationis, Eccleſie noſtre in Buren, quam ex ratione fovere tenemur, de plenitudine conſilii ac conſenſu univerſorum noſtrorum Miniſterialium donationem fecimus. Hanc ſcilicet quod eidem contulimus omnes decimationes, ſuper ſingulis bonorum noſtrorum libere & abſolute ante Montana & infra, agris, pratis, aquis, ſilvis, cultis & incultis, que tempore donationis eiusdem poſſedimus vel in poſterum fuerimus poſſeſſuri. Ne quis autem huic donationi ſiniſtra machinatione audeat contraire preſentem cartam ſigilli noſtri munimine iuſſimus roborari his preſentibus. *Comes de Tirol, Com. de Heſchenlohe, Bern. de Wileyhin, Gotſcalco & Ludwico de Widereſpere, Lazario & Eberhardo de Porta, Witelino, Egelolfo & Gotſcalco de Andehſſe.* multisque aliis quorum nomina non habemus. Acta ſunt hec Anno Dominice Incarnationis MCCXVIII.

Num. XXVI. Incorporatio Parochiæ Beurbach. 1223.

In nomine Patris, & Filii & Spiritus ſancti, Amen. Sivridus Dei gratia Auguſtenſis Epiſcopus. Notum ſit preſens ſcriptum inſpecturis tam futuris quam preſentibus, quod cum quondam Eccleſia *in Biurpach* parochialis vacaſſet, Abbas & Conventus clauſtri *de Burren*, noſtre Dioceſis, humiliter preces ſuas no-

nobis porrexerunt, ut dictam Eccleſiam vacantem in uſus dicti Conventus in omnibus ſuis pertinentiis vel uſu fructibus perpetuo eidem indulgeremus. Nos vero ſuper hoc habito conſilio confratrum noſtrorum capituli Eccleſie noſtre maioris, ad memoriam reduximus, quanta honeſtate ex antiquo ipſa Eccleſia inter alias ſub regula ſancti Benedicti *nigri ordinis* in noſtra Dioceſis ſitas claruit, primum in omni divino cultu inibi ſolempniter conſervato, demum in hoſpitalitate ibidem caritative egentibus, & nobilibus exhibita: & nunc per varias, perſecutiones Eccleſiarum in preteritis imperii perturbationibus exortis, quanta ſit in rapinis in incendiis, vel variis incommodis calamitate oppreſſa inſpeximus, & ei paterna conpaſſi fuimus pietate. Prememoratis quoque confratribus noſtris, Prelatis & Canonicis Eccleſie noſtre maioris conſulentibus, & aſſenſum ad hoc preſtantibus in amminiculum recuperationis prefati clauſtri, antedictam Eccleſiam *Biurbach*, cuius ius patronatus ad idem ſpectabat, in omnibus pertinentiis ſuis indulſimus tam tempore noſtro quam ſucceſſorum noſtrorum deſervire: nobis tamen & ſucceſſoribus noſtris, & Archidiaconis ibidem ius noſtrum inconcuſſe per omnia reſervantes: & ipſis clauſtralibus iniungentes, quatenus Clericum ſecularem, ad honorem Dei & ipſius Eccleſie profectum, in Vicarium ipſi Eccleſie inſtituant, iuxta conſuetudinem noſtre Dioceſis & conſilium Archidiaconi eiusdem loci, & prebendam conferant conpetentem ipſi, ne in aliquo per ipſorum negligentiam tam in animarum cura quam in iure eiusdem Eccleſie, & noſtro, & noſtrorum conſervando, ordo iuris nec torpeſcat, nec deperire valeat. Hec autem donatio noſtra, ut tam a nobis quam ſucceſſoribus noſtris rata & firma permaneat, & omni robore, quo noſtra debet auctoritate, vigeat, preſenti ſcripto ſigilli noſtri munimine roborato confirmamus eandem, & teſtes, qui interfuerunt, ipſis in cautelam inponimus habundantiorem: Magiſtrum *Rapotonem* ſummum prepoſitum

tum Eccleſie noſtre, Magiſtrum *Purkardum de Wiſenſtaige* prepoſitum, & prefatarum Eccleſiarum Archidiaconum, & Magiſtrum *Hermannum* S. Mauritii in Auguſta prepoſitum. Acta ſunt hec An. Dominice incarnationis MCCXXIII. indictione XI. XIIII. Kal. Iunii.

Num. XXVII. Donatio Heinrici Marchionis Iſtriæ 1228.

Pateat univerſis Chriſti fidelibus tam preſentibus quam futuris, quod nos Dei gratia *Heinricus Marchio Yſtrie* noſtra auctoritate, & manu poteſtativa contulimus unum manſum, qui noſter eſt proprius in villa *Lannes*, qui ſitus eſt iuxta portam, que dicitur *Gater*, ſuper altare ſancti Benedicti in *Burrin*, & predium noſtrum ſitum iuxta *Laingruebe*, quod dicitur *Chamerland* in monte *Ellinpogen*, tali conditione, quod ſingulis ſextis feriis ſollempniter fratres eiusdem Monaſterii celebrent miſſam in communi Conventu de S. Cruce, & ſorores ibidem Deo ſervientes pſalterium unum legant cum devotione & aſſidua oratione, pro remedio anime noſtre, nec non parentum noſtrorum tam vivorum quam mortuorum. Quod in perpetuum ſtabile & inconvulſum permaneat, Sigilli noſtri impreſſione fecimus corroborari & muniri. H. r. t. f. *Bernhardus liber de Wilheim & filius eius Heinricus, Eberhardus de Porta & frater eius Lazarius, Ch. Galle, Gotſcalcus de Andechs, Egelolfus de Wolvrathuſen, Otto de Eſeinesloch & filius eius Chunradus: Oulricus Iudex Rufus, Albertus Prekteli de Lichtenberch, Gotfridus de Priseke & frater eius Meinhardus, Fridericus & frater eius Otto filii Domini Meinhardi Chriemhilt, Gotfridus de Wihſelberch, Gebehardus de Gutinberch, Sifridus de Rameſowe, Sifridus Zaepfeli, Ziximannus, Ortolfus ſcolaris, Engilmarus ſcolaris, Heinricus ſcriba de Ampans, Heinricus ſcriba de Eccleſia S. Marie*, & alii quorum ibi erat copia. Acta ſunt hec anno MCCXXVIII.

Num. XXVIII. Donatio Ottonis Ducis Meraniæ. 1228.

In nomine ſancte & individue Trinitatis, Amen. Cum univerſas Eccleſias in Chriſto fundatas ob reverentiam Ieſu Chriſti diligere teneamur, quadam prerogativa & ſpirituali circumſpectione Eccleſias defenſioni noſtre comiſſas teneamur vigili ſolicitudine promovere. Sed cum ea, que provide ſtatuuntur propter revolutionem temporum frequenter de fragili memoria hominum excidere conſueverunt, ſcripture, que arca memorie dicitur, ſunt dilucide mancipanda. Hinc eſt, quod nos Dei gratia *O. Dux Meranie*, Comes Palatinus *Burgundie*, ac Marchio *Iſtrie* preſentium ac poſterorum notitie declaramus, quod nos Eccleſie *in Buren*, de proprietate noſtra dimidium manſum aſſignavimus in villa, que dicitur *Siſtrans*, & unum molendinum *in Mutal* pro plauſtro vini, quod frater noſter felicis recordationis Marchio *Yſtrie* dicte Eccleſie teſtamento ultimo, pro remedio anime ſue reliquerat, & conſtituerat inter vivos. Verum ne quis huic rationabili geſto ſiniſtra machinatione audeat obviare, ad firmius robur preſentem paginam teſtium aminiculo fulcientes ſigilli noſtri decrevimus munimine roborare. Sane huius rei teſtes ſunt: *Prepoſitus Diezzenſis Heinricus*, *Heinricus ſcriba quondam Marchionis*, *Comes Perhtoldus de Eſcillohe*, *D. Perenhardus de Wilheim & filius ſuus Heinricus*, *Eberhardus de Porta*, *Gotſcalcus de Widerſperc*, *Gotſcalcus de Andehs*, *Ch. Galle*, *Eglolfus*, *Fridericus de Rotenberc & frater eius*, *Wittelo de Selw*, *Heinricus de Sliters*. Datum anno incarnationis Dominice MCCXXVIII. V. Kalendas Auguſti.

Num. XXIX. Privilegium Cæſareum Friderici II. Anno 1230.

In nomine ſancte & individue Trinitatis. *Fridericus* ſecundus divina favente clementia Romanorum Imperator, ſemper Augu-

guſtus Ieruſalem & Sicilie Rex. Si ad Eccleſias & loca venerabilia Deo dicata benigne dirigimus aciem mentis noſtre, ac eorum profectibus intendimus diligenter, nedum eterne retributionis merita, ſed laudis preconia conſequimur temporalis. Inde eſt igitur, quod notum eſſe volumus univerſis imperii fidelibus tam preſentibus quam futuris, quod cum *Gebehardus* Abbas Burenſis Monaſterii, fidelis noſter, ad noſtre Maieſtatis preſentiam acceſſiſſet, quoddam privilegium eidem Monaſterio ſuo a divo Auguſto Imperatore *Friderico* kariſſimo avo noſtro inclite recordationis indultum noſtre celſitudini preſentavit, & humiliter ſupplicavit, ut privilegium ipſum innovari, & que continebantur in eo, ipſi Abbati, ſucceſſoribus ſuis, & Monaſterio ſupradicto confirmare de noſtra gratia dignaremur. Cuius privilegii tenor eſt talis: In nomine ſancte &c. *Fridericus &c.* Burenſis cenobii fratribus. Imperialis Maieſtas &c. *vide ſupra ſub An.* 1155. *n.* 19. Nos autem prefati Abbatis fidelis noſtri devotis ſupplicationibus benignius inclinati, attendentes quoque devotionem ſinceram, quam idem Abbas habere dignoſcitur erga noſtre celſitudinem Maieſtatis, conſiderantes etiam quod exhibemus obſequium Deo gratum, ſi progenitorum noſtrorum, divorum Auguſtorum memorie recolende veſtigia proſequentes, circa profectum antedicti Monaſterii tam liberaliter intendimus quam libenter; predictum privilegium ſicut de verbo ad verbum ſuperius ſcriptum eſt, iuſſimus innovari, & que continentur in eo prenominato Abbati, ſucceſſoribus ſuis, & Monaſterio ſepedicto de innata benignitatis noſtre gratia perpetuo confirmamus. Ut autem hec noſtre confirmatio robur optineat perpetue firmitatis, preſens privilegium fieri, & ſigillo noſtre Maieſtatis iuſſimus communiri. H. r. t. ſ. *Bertholdus venerabilis Aquilegenſis Patriarcha*, *Eberhardus Salzburgenſis Archiepiſcopus*, *L. Reginus Archiepiſcopus*, *Sifridus Ratisponenſis Epiſcopus*, *Karolus Epiſcopus Seccovienſis*, *Epiſcopus de Trieſten*, *Steinr-*

Patavien. prepoſitus, *Chunradus Indicen. prepoſitus*, *Leopuldus illuſtris Auſtrie & Stirie Dux*, *Otto Dux Meranie & Palatinus Burgundie*, *Bernhardus Dux Karinthie*, *Raynoldus Dux Spoleti*, *Rapoto Palatinus Comes & frater eius Comes Heinricus de Ortenberc*, *Ulricus de Pecka*, *Aldemarius de Chuoringen*, *Engelhardus & frater ſuus Fridericus de Adelechon*, *Chunradus de Hohenlock Comes Romaniol*, *Albertus Rimeſſindle*, *Goffridus de Salzpurch*, & alii quam plures. Signum Domini *Friderici* ſecundi Dei gratia illuſtriſſimi Romanorum Imperatoris ſemper Auguſti, Ieruſalem & Sicilie Regis. Acta ſunt hec anno Dominice incarnationis milleſimo ducenteſimo triceſimo, menſe Aprilis tertie indictionis: imperante Domino noſtro *Friderico* Dei gratia invictiſſimo Romanorum Imperatore, ſemper Auguſto Ieruſalem & Sicilie Rege, anno imperii eius decimo, regni Ieruſalem quinto, regni vero Sicilie triceſimo ſecundo feliciter, Amen, Datum *Fogie* anno menſe & indictione preſcriptis.

Num. XXX. Ottonis Ducis Meraniæ electio in advocatum. c. 1234.

In nomine ſancte & individue Trinitatis, *Ekbertus* Dei gratia Babenbergenſis Ecleſie Epiſcopus, & *O. Dux Meranie*, & *Palatinus Comes Burgundie*, & *A. Comes de Tyrole*, univerſis preſentem paginam inſpecturis ſalutem in ſalutis auctore. Notum ſit univerſitati veſtre, quod Domino *Ottone Duce Meranie*, qui defenſor in temporalibus Burenſis cenobii extiterat, univerſe carnis viam ingreſſo, Dominus *Gebehardus*, Abbas ipſius loci, curiam Domini *Heinrici* Regis adiit, & in conſpectu ipſius aliorumque Principum *Alamannie* ſpiritualium & ſecularium, libertatem ſui cenobii publicavit, que a priſcis imperatoribus ipſi loco fuerat collata, & ab eo confirmata Imperatore, qui iam feliciter regnat, Domino videlicet *Friderico*. Quibus peractis & loci libertate a cunctis, qui aderant proclamata, prefatus Abbas & Conventus pro

pro electione defenſoris conſilium habuerunt, propter tenorem privilegiorum ſuorum prohibenciam, nequis ipſius loci advocatiam ſuum beneficium, aut feodum ſeu mundiburdium audeat nominare, ſed quem Abbas & Conventus ipſius cenobii elegerint, *hic* protector eiusdem Monaſterii habeatur. Nos igitur prefatum Abbatem & Conventum accedentes, inſtanti petitione rogavimus, ut eandem graciam qua prememoratam Principem Dominum Ducem Meranie dignum iudicaverant, etiam in filium ſuum dignarentur unanimiter exercere, & in augmentum libertatis ipſorum quosdam articulos ſub iurisiurandi Sacramento & ſigillatarum litterarum noſtrarum munimine ipſis compromiſimus perſolvendos. Sub hac inſuper forma, ut autentica inſtrumenta Domini Imperatoris ipſis obtineremus hanc in ſe conditionem continentes, ut quocunque ſubſcriptorum articulorum per nos vel miniſteriales noſtros transgreſſo, ipſius advocatie amminiſtratio a nobis in priſtinam recideret libertatem; videlicet quem vellent protectorem eligendi. Articuli autem, de quibus diximus, hii ſunt, ne detur Iudex, niſi ad petitionem Abbatis & Conventus: ne Stiure ab hominibus eorum extorqueantur: ne aliquis Iudex infra parrochiam iudicium exequatur: ne res vel homines ipſorum ſub iure advocaticio ulli in feodum porrigantur: ne ab hominibus ipſorum theloneum accipiatur *in Woluerathuſin*, vel *in Montanis*: Ne homines ipſorum laboribus miniſterialium ſubiaceant: ut ius advocatie debitum ab eis recipiatur.

Num. XXXI. Donatio facta clauſtro monialium Burenſium. 1238.

In nomine ſancte & individue Trinitatis, Amen. *Bernhardus* Dei gratia Burenſis Abbas, & ipſius loci Conventus, ſub eodem militans Abbate, fidelibus in Chriſto preſens ſcriptum inſpecturis ſalutem in Deo ſalutari noſtro. Cum indicetur infideli

li & pagano deterior eſſe, qui ſuorum curam negligit, & maxime domeſticorum, nos ab hac infidelitate Deo volente cupientes aliquantulum declinare, defectum luminis in nocte, quem ſorores noſtre ſpirituales actenus habuere, oculo diſcretionis intuentes, & pro feminea fragilitate condolentes ipſis: pia ſolicitudine decrevimus, eas a timore nocturno reddere ſecuriores. Convenientes igitur unamini conſenſu, prompta voluntate prediolum, quod dicitur in *Auuia*, ſitum prope *Schonrain* officio Sacriſte qualiſcunque ſit, aſſignavimus: ut de cetero lumen eisdem ſororibus, quod tota nocte ſingulis noctibus in earum dormitorio luceat fideliter adminiſtret. Preterea cupimus iſta legentibus innoteſcere, quod quidam noſtri predeceſſores eisdem ſororibus ad luminaria contulerunt hec prediola, quoddam *in Palthaim*, alterum *in Berchaim*, tertium *in Aichendorf*, & officio Sacriſte ſimiliter hec aſſignavere, ut Eccleſia ſancti Laurentii, que ſita eſt in clauſtro ſororum, & earum refectorium diligenter ex hiis illuminari non obmittantur. Ut igitur hec ipſis ſororibus ſtabilia permaneant, & a nullo ſucceſſorum noſtrorum violenter infringantur, eedem ſorores ſingulis noctibus inter matutinos hunc pſalmum *de profundis*, & orationem dominicam cum collecta *fidelium Deus*, a modo pro omnibus fidelibus defunctis in perpetuum recituras humiliter & devotiſſime promiſerunt. Acta ſunt hec anno Domini 1238. feliciter, Amen.

Num. XXXII. Carta emptionis, An. 1238.

In nomine ſancte &c. Ego Bernhardus Dei gratia Abbas in Burin S. Benedicti: Notum facio tam preſentibus quam futuris hanc paginam inſpecturis, quod conſilio & conſenſu fratrum meorum quandam curiam & molendinum *in Egilingin* cum omnibus attinenciis cultis & incultis, nobilibus viris *de Hegnibere* mediantibus, & conſilio & auxilio ipſorum negocium ad effectum promo-

moventibus à *Jutta uxore Heinrici, filii Eberhardi de Huſirin* ejusque filiis pro viginti ſex libris Augustenſis monete conquiſivimus, medietate ipſius curie & molendini à predicto *Eberhardo* antea commutata. Et cum eadem *Jutta*, cum pueris ſuis omnibus tam hominibus quam prefatis bonis perfecte abrenunciaſſet, pro dictis denariis curiam *in Peſſinakir* multis preſentibus ipſis obligavimus. Et licet jam dicta matrona cum pueris ſuis in preſcriptis bonis nullum jus habere videretur: *eo quod maritus eius Miniſterialis noſter extraneum ſe per eam reddidiſſet*: tamen ne in poſterum Ecclesie noſtre aliquod gravamen inde poſſit oriri, diſcretis viris conſulentibus hoc pacto uſi ſumus, & ne preſumpcio poſterorum factum evacuet priorum, preſentem cedulam, ſigillo S. Benedicti & noſtro roboratam, duximus inſcribendam. H. r. t. ſ. *Engilſtalcus de Hegniberc, & frater eius Hermannus & Counradus, Wirint de Adilungishovin, Ulricus Vertinc, Counradus de Grunhartishovin, Counradus de Duringvelt, Counradus Cruk, & frater ejus Dietricus, & frater ejus Plebanus de Egelingin, Hermannus Prior, Heinricus Vulpis, Rudolfus de Henvibach Canonicus, Ulricus de Wabir, Siboto de Burbach; Counradus Tegan*, & alii multi. Acta ſunt hec anno gratie Domini M. CC. triceſſimo octavo.

Num. XXXIIII. Infeudatio Advocatiæ, An. 1238.

QUoniam variatio temporum & mutatio rerum & hominum oblivionem & contentionem generat; inde ego Bernhardus Dei gratia Burenſis Abbas his volens precavere: notum facio omnibus Chriſti fidelibus preſentem literam inſpecturis, qualiter cum omni conſilio fratrum meorum Dominum *Oulricum Vertingum de Smiehen* inbeneficiavi advocatia ſuper curia noſtra & molendino *in Egelingen*, ſub tali jure, ut inde nullum ius advocaticium accipiat niſi de utroque unum modium avene, noſtre menſure, & de utroque unum agnum vel ſex denarios. Super quo fidem iuratam de-

dit, ſub hac condicione ſi ipſe vel aliquis poſterorum ſuorum iam dictum ius fregerit, & ipſos reditus ſteuris aut indebitis hoſpitationibus leſerit, ego & ſucceſſores mei libera poteſtate ipſam Advocatiam ad manus aliquas transferamus. Cujus rei teſtes ſunt *Roudeger de Owe*, *Siboto de Piberbach*, *Ch. Tegan*, *Eberhardus de Huſeren*, *Richkerus Merche*, *Ch. Purere*, *Albero Spor*, *Oulſcalcus Vogelere*, *Witigo Faber*, & alii quam plures.

Num. XXXIV. Vitalitium, An. 1238.

Ego Bernardus Dei gratia Abbas in Burren notum facio omnibus Chriſti fidelibus &c. qualiter cum communi conſilio & conſenſu fratrum meorum contuli Domino *Alberoni Graſſen* Miniſteriali Eccleſie noſtre ad exiſtentiam vite ſue ſolius, tria predia noſtra, unum in *Arbearict*, alterum in *Egenriet*, tertium *in Ebrolfingen*, que ipſe pro remedio anime ſue & uxoris ſue & omnium parentum ſuorum pro ſex talentis à *Schlechtorfenſibus*, quibus obligata erant, ſolvit, ſub tali conditione, ut poſt obitum ſuum non uxor ſua, nec pueri vel aliquis parentum ſuorum iam dicta predia ſibi uſurpare preſumat, ſed remota omni contradictione Eccleſie noſtre reſtituantur. Ut ergo illud non nobis vel ſibi immutari valeat, ſuper tali facto preſentem paginam Sigillis noſtris, & ſigillo *Comitis de Eſchenloch*, ex cuius familia ipſe matrimonium contraxit, ſignamus & firmamus.

Num. XXXV. Parochia Beurbach, 1245.

Siboto Dei gratia Auguſtenſis Eccleſie Epiſcopus omnibus preſentiarum inſpectoribus ſalutem. Cum Eccleſia in Beurbach ſepius officietur à Sacerdote reſidente in Eccleſia Echyringenſi, ne exinde aliqua poſſit emergere preſumptio, ut dicta Eccleſia Beurbach alteri filiatione vel aliquo Iure pertineat, literam preſentem conventui *in Puurn*, cui eadem pertinet Eccleſia con-

firma-

firmamus: in ipſa declarando, quod ſepe dicta Eccleſia Peurbach Parochialis eſt alteri nulla filiatione vel in aliquo ſubiecta aut alligata. Datum Auguſte anno Dominice Incarnationis M. CC. quadrageſimo tertio in Kal. Octobris.

Num. XXXVI. Oppignoratio. 1247.

Significamus univerſis Chriſti fidelibus, hanc ſcripturam ſcrutantibus, quod pro pecunia, quam tenebamus Domino *Oulrico de Wiloltishoven*, pro frumento, quod tempore *Bernhardi* Abbatis conſumptum fuerat: ipſi *Oulrico* ſcilicet pro XV. talentis Auguſtenſium, & pro centum XX. talentis Veronenſium obligavimus, curiam & molendinum *in Eingen*, & curiam *in Uffingen*; tali conditione, ut ſi filius *Heinricus de Huſen*, pro curia & molendino *in Eglingen* ceperit litigare, nos hanc litem diſſolvamus: & ſi per bellum Domini *Hermani de Haginberg* ſive *de Smalnecker* fuerit eadem curia, vel molendinum incendio, vel rapina devaſtata infra feſtum ſancti Martini nos tenemur damno ſubiacere; ſi vero per bella Principum fuerint in aliquo dampnificata, equaliter hec dampna ſuſtinere debemus, ſolummodo ipſo anno, & non amplius; predicta vero pignora ſunt *in purificatione ſancte Marie* redimenda. Acta ſunt hec anno Domini 1247. menſe Martio.

Num. XXXVII. Confirmatio donationis decimarum Ottonis Ducis Meraniæ. 1248.

In nomine Domini, Amen. Nos *Albertus* Dei gratia *Comes Tyrolen.* Notum facimus univerſis Chriſti fidelibus, & proteſtamur cartula preſenti omnes donationes, quas illuſtris *Otto Dux Meranie, Comes Palatinus Burgundie*, pie memorie, in decimis de hereditate ſua, ſive allodio, ante obitum ſuum donavit cenobio Burenſi, in agris, pratis, aquis, & ſilvis, cultis & incultis, & in theloneis, nos & noſtri ſucceſſores, ratum habemus & firmum,

& ſcripto noſtro, ad meliorem certitudinem, & cautelam confirmamus cenobio, & Dominis predictis. Ad hec mandamus, precipimus diſtricte, & committimus omnibus noſtris gaſtaldionibus, qui ſunt, & qui fuerint, ut dicto cenobio annuatim plene & integre ſolvant decimam premiſſam tam in montibus quam extra montes. Volumus etiam & mandamus, ut nullus novus theloneator predictos cum aliqua exactione thelonei veniendo vel redeundo impediat vel detineat. Ut hoc per nos & per noſtros firmum obſervetur, & inconvulſum, preſentem paginam ſcribi fecimus, & ſigilli noſtri munimine roborari. Acta ſunt hec in *Burgo Inſpruck*, *in Stuppa Uolrici Haller*, anno Domini M.C.C.X.L.V.IIII. die tertia decima exeunte Decembri, in preſentia iſtorum teſtium: *Dominorum*, *Hainricus nobilis Comes de Eſſcenlock*, *Hainricus de Welſperch*, *Fridericus & Hainricus fratres de Rotenburch*, *Berchtoldus Chrellonis*, *Chunradus & Uolricus frater de Wellenberch*, *Bertholdus*, *Engelſchalcus*, *Hartmani Tarantorum frat. de Tyrol*, *Lazarii de Morelpach*, *Friderici ſcribe*, & aliorum.

Num. XXXVIII. Donatio Heinrici de Lechsberg. 1252.

Ut ad noſtre poſteritatis notitiam negotia que a nobis geruntur certiora permaneant, litterarum indiciis ſolent eternari. Hinc eſt, quod ego *Heinricus de Lechisperch*, & uxor mea *Diemodis*, & *filii mei*, *Philippus*, *Roupertus & Hermanus*, pro remedio animarum noſtrarum, & progenitorum noſtrorum, & pro dampnis illatis Eccleſie ſancti Benedicti *Buuren*, in preſentia Abbatis *Heinrici*, manſum *Eberhardi* in ſilva hereditario iure tradidimus poſſidendum: ſub tali pacto, ut ego *Heinricus* annuatim in feſto beati Martini, talentum cere ad terminum vite mee ſolius inde perſolvam, & poſt obitum meum predictum predium Eccleſie libere cedat in uſum, & filii mei nullum ius advocatitium inde recipiant, ſed pro remedio animarum ſuarum defendant. Ut ergo

go illud ſibi & nobis firmum & ratum permaneat, litteram iſtam ſigillis noſtris firmamus & roboramus. H. r. t. ſ. *Bertholdus Sacriſta de Pricino*, *Ulricus miles dictus Haerinch*, *Dietmarus de Burch*, *Heinricus de Alingen*, *Ruodolfus de Autorf*, *Hartmanus Spiſare*, *Wernherus ſcriba.* De familia ſancti Benedicti: *Ch. Tegan. Albero Calcar. Ouſcalcus Vogelare*, *Heinricus Wilare*, *Engelbertus*, *Rameſovare*, & alii quam plures. Acta ſunt hec anno Domini MCCLII. in die ſanctorum Primi & Feliciani, in nova urbe *Lechisperch.*

Num. XXXIX. Pactum circa mancipia. 1252.

Summum & optimum oblivionis remedium eſt ſcriptura, que contentionibus ſilentium imponit, & verum à falſo diſcernit. Hinc eſt quod ego Heinricus Dei gratia Abbas in Burren, notum facio omnibus preſentem litteram legentibus & audientibus: quod nos & totum capitulum noſtrum in unum convenimus cum fideli Domino & amico noſtro Comite *Heinrico Lichteneke*, & *filio ſuo Heinrico*, in tali forma amicitie, ut ubicunque homines noſtri & eorum nobiles aut ignobiles, divites vel pauperes in invicem matrimonium contraxerint, illud fieri concedamus, ſub tali conditione, ut pueri illorum inter nos, & eos amicabiliter, & iuſte dividantur, ut nullo modo propter hanc diviſionem aliqui illorum, qui dividuntur, hereditatibus patris & matris, & parentum ſuorum vel poſſeſſionibus deſtituantur. Ut igitur illud nobis & firmum & ratum permaneat, ſuper tali facto literam iſtam ſigillis noſtris roboratam eis donamus, & eius par in ſacrario noſtro collocamus. Acta ſunt hec anno incarnationis Domini MCCLII. in die nativitatis Virginis beate S. Marie.

Num. XL. Proprietas montis Wilberg. 1253.

Ego *Heinricus* Dei gratia Abbas *in Burren*, notum facio omnibus preſentem litteram legentibus & audientibus, quod prop-

ter longam & aſſiduam querimoniam noſtram, quam movimus coram illuſtri *Palatino Rheni Duce Bawarie Ottone*, contra Dominum *Ottonem de Hornſteine*, qui propoſuerat conſtruere urbem, in quadam parte montis *Wilberck*, qui attinet Eccleſie noſtre cum omnibus ſibi adiacentibus, lignis, pratis & paludibus, preter duas carradas paluſtri graminis, & prope clauſtrum noſtrum, & in magna parte redituum noſtrorum: miſit predictus Dominus *Dux Dominum Swikerum* notarium ſuum, virum diſcretum, ad ipſum montem, ut conſideraret, & videret litem & querimoniam noſtram; qui nobiſcum & cum multis aliis hominibus ipſum montem conſpexit, & perambulavit. Nos vero coram eo & iudicibus *de Wolueratehuſen & Poule* ſcilicet *Ruodolfo & Heinrico & Rufo Iudice Uolrico*, & in preſentia Domini *Heinrici de Wilheim*, & antedicti *Ottonis*, & aliis plusquam trecentis viris, per teſtimonium, iuramentum, & veram notitiam idoneorum virorum, qui in villa *Swedelsdorf*, cui predictus mons adiacet, ab infantia nutriti fuerant & vixerant, hec noſtra eſſe probavimus, ſicut preſcriptum eſt. Acta ſunt hec anno Domini MCCLIII. in die ſanctorum Martyrum Pancratii, Nerei & Achillei. Ab hac die per ſeptem dies, ſcilicet in die ſancte Potentiane, nos & idem *Otto* coram Domino *Duce in Landiskuot* comparuimus, & predictum montem per teſtimonium Domini *Swikeri* & preſcriptorum iudicum *de Wolueratehuſen & de Poule*, qui hec viderant & audierant, obtinuimus: unde Dominus Dux in gratia ſua fidem ſuam in manus noſtras porrexit, quod de cetero nec idem *Otto*, nec alius quisquam ipſum montem noſtrum edificiis occuparet.

Num. XLI. Gebhardus Comes de Hirſchberg confirmat donationes Meranenſium Ducum. An. 1253.

Nos *Gebhardus* Dei gratia *Comes de Hirzberck*. Notum facimus univerſis tam preſentibus quam futuris, quod nos omnem do-

donationem *Ottonis Ducis Meranie Comitis Palatini Burgundie*, & *filii ſui Ottonis Ducis*, quam fecerint & donaverint cenobio Burenſi, in agris, pratis, aquis & ſilvis, cultis & incultis, & in theloneis, & quam donationem ſocer noſter *Albertus Comes de Tirol*, pro ſe & ſucceſſoribus ſuis ratam habuit & confirmavit, ratam habemus & acceptam: in teſtimonium & veritatis indicium dantes eidem predicto Burenſi cenobio, & ad removendam donationis ambiguitatem, noſtras patentes litteras, ſigilli noſtri munimine roboratas. Datum apud civitatem noſtram *Inſprukke*, anno Domini MCCLIII. II. nonas Septembris. Facta ſunt hec in preſentia illorum: *Bertoldi Comitis de Eſchenlock*, *fratris ſui Heinrici de Liechtenekke*, *Gotſcalci & Ludewic de Widerſperch*, *Chunradi & Udalrici de Vellenberch*, *Friderici de Rotenburch*, *Pertholdi Chrellen*, *Engilmari Tarant*, *Wilhalmi de Prunnenberch*, *Perthungi de Maiſe*, *Heinrici de Appetſperge*, *Erneſti de Wembdingen*, & *fratris ſui Heinrici*, *Gotfridi de Hirzperg*, *Dietmari & Chunradi de Siſtrans*, & aliorum multorum, qui audierunt & viderunt.

Num. XLII. Matrimonium mancipii. 1253.

Ego *Heinricus* Dei gratia Abbas *in Burren*. Notum facio omnibus preſentem litteram legentibus & audientibus, qualiter quidam miles nobilis nomine *Sigehardus Cholbe*, tradidit ſancto Benedicto mulierem quandam nomine *Alheiden*, quam ſumpſit in uxorem quidam ex familia noſtra nomine *Chonradus Chrapke*: ſub hac conditione, ut ſi ipſa pueros per eum generaret, mater cum pueris nobis attineret, ſi vero ipſe ſine heredibus obiret, ipſa ad proprietatem preſcripti *Sigehardi* rediret. Hec donatio facta eſt anno Domini MCCLIII. in villa *Volers*, ante fores Eccleſie. Nos vero infeodavimus predictum Chonradum quodam prediolo *Auvinsgrute* vocato: ſub tali conditione, ſi ipſe aut aliquis puerorum ſuorum ex hac muliere, ibi vel apud nos reſidentiam habuerit.

rit, ille feodi iure poſſideat; ſin autem, predictum prediolum ad uſum & proprietatem Eccleſie noſtre reſtituatur. H. r. t. ſ. *Chonradus Altenheimere*, *Heinricus de Steinbach*, *Chonradus Tegan*, *Pilgrimus de Murnove*, *Oulſchalcus Vogelare*, *Engelbertus Rameſovare*, *de Valle Eni*, *Heinricus Stockeli*, *Chonradus Penne*, *Otto* & *Fridericus de Alreins*, & alii quam plures.

Num. XLIII. Oppignoratum. 1255.

Quoniam generatio preterit, & generatio advenit, & tempus recedens & ſuccedens multa nube oblivionis obducit: hinc eſt, quod ego *Heinricus* Dei gratia Abbas *in Burren*, notum facio omnibus litteram iſtam legentibus vel audientibus, quod cum communi conſilio capituli noſtri obligavi *Perhtolde de Ouwe* curiam noſtram *in Piuwerbach*, quam colit *Gantelhovare* cum omnibus, que ad eam pertinent cultis & incultis, pro XXX. tribus talentis Auguſtenſium, ſemper *in purificatione* ſancte Marie ſolvendis: ſub tali conditione, ſi grando, ſterilitas, rapine vel incendia villam aut provinciam vaſtaverint, quicquid nos noſtris illius conſimilibus remiſerimus, hoc & ipſe remittat; & ſi ipſa obligatio in manibus ſuis usque ad obitum ſuum ſubſtiterit, ubicunque locorum vel terrarum vitam finierit, decem talenta pro remedio anime ſue remiſit. Ut ergo illud nobis & ſibi firmum & ratum permaneat, ſuper tali facto litteram preſentem ſigillis noſtris roboratam ſibi donamus, & eius reſcriptum in ſacrario noſtro collocamus cum ſubſcriptis teſtibus: *Perhtoldo de Huſern*, *Heinrico de Steinbach*, *Heinrico Caſtenare de Piuwerbach*, *Chonrado Decano*, *Alberone Sporn*, *Oulſcalco Vogelare*, *Heinrico Villare*, *Ottone Precone*, *Engelberto Rameſovare*, & aliis quam pluribus. Acta ſunt hec anno Domini MCCLV.

Num. XLIV. Pactum cum colonis. circa An. 1256.

Ego Heinricus Dei gratia Abbas in Burren notum facio omnibus Chriſti fidelibus, quod quondam Dominus *Bernhardus de Wil-*

Wilhelm pro damno, quod intulit Eccleſie noſtre, plus quam ad quingenta talenta auguſtenſia computato, in bello *Heinrici* Marchionis Iſtrie Advocati noſtri: donavit ad altare S. Benedicti duas hubas ſuper Torent, quas ſolvimus pro XX. Marcis a quodam Gotfrido Camerario cui eas obligaverat, que predia annuatim in feſto S. Galli retribuerunt ſibi ſuper Eno fluvio in propriis Vaſis XX. urnas Maiſenſium menſure; ſed nobis poſtea ex bellis illarum partium, vel exulibus colonis aut ex gravamine Advocati, aliquo anno nihil profectus retribuerunt, aliquo anno vix XII. talenta veronenſia, aliquo anno vix XVIII. Sed nos intrantes ad ipſa predia, & ad Advocatum ipſorum ſcilicet Dominum *Arnoldum de Radenck* cum conſilio ſuo & auxilio remiſimus IV. urnas, ut XVI. nobis remota omni occaſione, ſtatuto die & loco aſſignent in propriis vaſis & bonum vinum: & nos eis a valle Eni usque in domum ſuam annonam & pabulum dare debemus; ſi vaſa negligunt, lagenas cum vino retinemus. Hec facta ſunt apud Cabonos ipſorum redituum, ſcilicet Meinhalmo Prepoſito de Vintel & alio nomine Sunce.

Obligavimus Swicdo Ruzze duo Molendina ſita prope Cele pro XXIV. talentis Auguſtenſis, vel Veronenſis vice Auguſtenſis & XII. urnas vini Auguſtenſis menſure pro XVIII. talentis *dapſilis* monete, que in purificatione S. Marie vel prius annuatim ſolvere debemus: addita hac conditione, ſi ipſe Sifridus ante quam ſolverimus vitam finierit pro remedio anime ſue media peccunia nobis remanebit, media filio ſuo Eberhardo reddetur. Si vero Eberhardus prior patre mortuus fuerit, predicta pignora ipſi Sifrido usque ad obitum ſervient. Et tunc remoto omni obſtaculo ſine peccunia eis ſoluta ad nos redibunt. Et quia ſingulariter ſunt obligata, ſi placuerit ſingulariter ſunt ſolvenda.

Num. XLV. Eccleſia Harderen. An. 1256.

Noverint univerſi preſentem paginam reſpecturi, quod nos Utto Prepoſitus & Capitulum Friſingenſe, preſidentes iudicio abſolvimus venerabilem Abbatem ſuumque Conventum in Baiwrn Auguſtenſis Dyeceſis, de querimonia, qua eum inquilini de Lohen noſtre Dieceſis inpulſarunt, ſuper eo, quod aſtruebant homines ville ſue in Harderen noſtre Dieceſis debere requirere in Lohen funerationes, & Baptiſmum, & olei inunctiones, ſeu alia jura Barrochialia tamquam filia a matrice, cum tamen Harderenſis Eccleſia non Eccleſie in Lohen, ſed magis ei que dicitur Greſolvingen jure ſubjacet filiali. Actum anno Domini MCCLVI. III. Kal. May in Choro Friſingenſi.

Num. XLVI. Mancipiorum matrimonia. 1256.

Ego *Heinricus* Dei gracia Abbas *in Burren*, notum facio omnibus litteram iſtam legentibus & audientibus, quod acceſſerint ad nos fideles amici noſtri *Fridericus de Uberake & filius ſuus Gebehardus* petentes a nobis, ut concederemus, quod homines quos habent in feodo Rapine, nobis antiquitus ablate, ubique locorum matrimonium contrahant cum hominibus noſtris, ad equam diviſionem puerorum ex ipſis provenientium, quod ex communi conſilio & aſſenſu capituli noſtri fieri permiſimus. Annuerunt etiam nobis, ſi ipſos homines a Domino Duce Bavarie in proprietatem rehabere valeamus, quod eos illi voluntate bona reſignent, & a nobis in feodum recipiant. Ut ergo illud nobis & eis firmum & ratum permaneat ſuper tali facto, literam preſentem ſigillo noſtro firmatam eis donamus, & *eius ſcriptum in libro delegationis ſcribimus*. Acta ſunt hec anno Domini 1256. feria ſexta ante palmarum.

Num.

Num. XLVII. Otto de Tor reconciliatur Burenſibus. 1257.

Ego *Otto de Porta* notum facio omnibus preſentem litteram legentibus & audientibus, quod aſſumens mihi fratrem meum *Eberhardum* & filium patrui mei *Oulricum de Vellenberch*, & acceſſimus ad Eccleſiam *Burren*, ad preſentiam Domini *Heinrici* Abbatis pro quibusdam offenſis, quas ego & mihi attinentes eidem Eccleſie in hominibus & poſſeſſionibus intuleramus: & per auxilium & conſilium predictorum *Eberhardi & Oulrici* gratiam ipſius Abbatis optinuimus; ſub hac conditione, ſi de cetero predictam Eccleſiam aliqua indebita leſione gravaverimus, infra ſex ebdomadas retractemus; ſin autem, litteram illam querimonialem, quam prius multociens Iudici *de Poute*, & iudicio preſentabant, iterato contra nos extendant, & quod eis magis expedire videatur, ſicut debent & valent, proſequantur: ſuper quo facto litteram iſtam teſtimonialem ſigillo noſtro roboratam eis aſſignamus. Huius rei teſtes ſunt: *Preſcripti Eberhardus de Porta*, *Oulricus de Vellenberch*, *Chunradus Walder*, *Hainricus Paris*, & alii quam plures illorum Comites. De familia ſancti Benedicti: *Albertus Purar*, *Pertoldus Husrer*, *Chunradus Tegan*, *Pilgrinus de Murnowe*, *Oulſcalcus Vogler*, *Otto Preco*, *Heinricus Wiler*, *Hainricus de Hainbach*, *Engelbertus Ramſaaer*, & alii quam plures. Acta ſunt hec anno Domini milleſimo ducenteſimo quinquageſimo ſeptimo in die S. Mathie Apoſtoli.

Num. XLVIII. Oppignoratio. 1257.

In nomine Domini noſtri Ieſu Chriſti, Ego *Heinricus* Dei gratia Abbas *in Burren*, notum facio omnibus litteram iſtam legentibus & audientibus, quod quidam fidelis Eccleſie noſtre

Pilgrimus nomine, ſolvit nobis curiam unam *in Affingen* pro ſex talentis: ſolvit nos *a Judeo* pro quinque: ſibi ipſi debuimus duo, illa remiſit, horum ſumma ſunt XIII. talenta. Conſiderantes vero nos & fratres noſtri fidem & voluntatem ſuam, dimiſimus ſibi curiam Domini *Waltmanni in Leingreben* cum omnibus, que ad eam pertinent cultis & incultis, ad tale tempus quousque ipſa curia, a preſcripta pecunia per frumentum ſe reſolvat, ſcilicet modium avene, pro XV. metretam tritici Weilheimenſium menſure pro ſex; & ſi aliquis evidens defectus in edificiis vel in aliis, que ad agriculturam pertinent, evenerit, per frumentum reſtituatur; & ſi ipſe medio tempore vitam finierit, omnia pro remedio anime ſue ſint ſoluta preter porcum, & unum modium tritici, & unum avene & ligna, que uxori ſue ad vitam ſuam remanebunt. Nihil in plauſtris & aliis vecturis ſervit; ſteuras quas alie curie nobis vel advocato ſolvunt, mediam reddit. Solvit etiam nobis *Vonnenhuſen* unum beneficium pro duobus talentis, pro ſalute anime ſue: ſolvit etiam *ab Eberwino de Murnowe* duas partes decimarum noſtrarum *in Wile* maiores & minores, que diu erant obligate, quas poſt obitum ſuum ordinavit in ſervitium anniverſarii ſui, ut eo plenius poſſit amminiſtrari: & nos contulimus ſibi firmiter obſervando duos potus melioris cereviſie, cottidie ad menſuram *peccariorum* refectorii. Ut ergo illud nobis & ſibi firmum permaneat, ſuper his omnibus litteram iſtam ſigillis noſtris roboramus, & ſibi tradimus, & eius reſcriptum in librum delegationis ſcribimus. Acta ſunt hec anno Domini MCCLVII. in die ſancti Georgii. H. r. t. ſ. de choro: *Heinr. Tainingare prior, Heinr. Oulrich Paltheimare, Eberh. Altchirchare, Chr. Ufhauware, Heinr. Aſchintingare, Heinr. Owware, Pertoldus Tegrinſere, & Gebeh. Sacerdotes, Ootolfus & Liebardus Diaconi, Heinr. & Heinr. Waldere Subdiaconi.* De familia *Bertholdus de Huſeren, Albertus Purere, Heinr. de*

de Steinbach, *Chounr. Tegan*, *Oulſcalcus Vogelare*, *Otto preco*, *Heinr. Wilare*, *Heinr. Herſchaft*, *Engelbertus Rameſoare*.

Num. XLIX. Oppignoratio. 1257.

Quoniam in terra oblivionis frequens ſuccreſcit oblivio: Hinc eſt, quod ego *Heinricus* Dei gratia Abbas *in Burren*, notum facio omnibus litteram iſtam legentibus & audientibus, quod quidam de familia noſtra *Heinricus de Steinbach*, cum tempore vindemie apud *Atheſin* morabamur, conceſſit nobis XL. tria talenta Veronenſium, que computata ſunt pro ſexto medio talento dativorum denariorum: quorum partem dedimus in incultam curiam noſtram *in Maiſa*; per aliquam partem comparavimus vinum, quia eo anno maximum defectum in vindemia paſſi ſumus. Nos vero cum redivimus, cum conſilio & aſſenſu fratrum noſtrorum, & pro preſcripta pecunia obligavimus ſibi *in Leingreben*, Domini *Ottonis* beneficium, & aliud illic parvum beneficium quondam *Heinrici* Huſerenſis: ſub tali conditione, cum ſibi in purificatione ſancte Marie preſcriptos denarios reddamus, beneficia noſtra ſunt ſoluta. Ut ergo illud nobis, & ſibi firmum & ratum permaneat, ſuper tali facto preſentem litteram ſigillis noſtris firmamus, & ei donamus, reſcriptum vero in libro delegationis annotamus. Acta ſunt hec anno Domini MCCLVII. in dominica quaſi ungeniti. H. r. t. ſ. qui interfuerunt de choro: *Heinricus Tainingare*, tunc temporis Prior, *Oulricus Paltheimare*, *Eberhardus Altchirchare*, *Conradus Uſhovrare*, *Heinricus Aſchintingare*, *Heinr. Oware*, *Perchtoldus Tegrinſare*, & *Gebehardus ſacerdotes*, *Sifridus* & *Ortolfus Diaconi*, *Rapoto Heinr. Waldare*, *Heinricus Secheringare Subdiaconi*, & alii &c.

Num. L. Infeodatio cenſualis. 1257.

Ego *Henricus* Dei gracia Abbas *in Burren*. Notum facio omnibus preſentem litteram legentibus & audientibus, qualiter

Dominus *Heinricus* Abbas pie memorie, quartus ante nos, commiſit houbam noſtram Pfans & molendinum cuidam *Machtilde* filie Domini *Chounonis de Matreie*: ſub tali conditione, ut annuatim inde ſerviret in cellario noſtro decem urnas vini & XV. caſeos. Ea defuncta, ſub ipſa conditione optinuit eam filius eius *Otto*, qui tunc temporibus noſtris obiit, & *Petriſſam* uxorem ſuam ac duos filios *Chounonem & Ottonem* reliquit: quibus tribus predictam houbam commiſimus, ut eam ſicut ava eorum, & pater eorum actenus ſervierunt, & ipſi ſerviant, ſine omni contradictione. Et primo acceſſu tantum ad pactum, quantum ad cenſum, *ut iuris erat*, ſolverunt, & ſi inter eos aliquis cenſum ſuum ſolvere neglexerit, parte ſua privetur, & alii duo ſerviant. Si aliquis eorum ſine herede deceſſerit, alii pro eo pactum non ſolvant: ſi heredem habuerit, ille pactum reddat; & ſi ad nos vinum ferre non valent, pretium quo plauſtrum comparari poteſt, tribuant, & caſeos XV. preſcriptos ſuperaddant. Ut ergo nobis & eis illud firmum & ratum permaneat, ſuper tali facto litteram iſtam ſigillo noſtro munimus, & eis donamus, & eius reſcriptum in libro delegationis ſcribimus. Acta ſunt hec anno Domini MCCLVII. in die ſancti Galli in domo eorum Narrenholz.

Num. LI. Conſenſus Domini ad donationem miniſterialis. 1260.

In nomine Domini, Amen. Ut inconvulſa & rata permaneant, que a prudentibus fuerint patrata, ſigillorum robore ac literarum munimine debent communiri. Inde nos *Hainricus* Dei gratia *Comes de Eſchenloch*, & filius noſter *Hainricus*, notum facimus univerſis hoc ſcriptum intuentibus vel audientibus, quod bona voluntate permittimus *militi noſtro Geltingario*, *Counrado*, quod homi-

mines ſuos apud *Wile*, & ubicunque fuerint locorum, videlicet *Conradum dictum Trugehart*, & *Agneſam* ſororem ſuam, & *Perthom & Irmegardim* ſorores ſuas, pro remedio anime ſue donavit Eccleſie ſancti Benedicti *in Burren*, iuſte & legitime ſine alicuius contradictione, cum bene facere potuit. Ne non ſuper hac donatione aliquod dubium oriri poſſit, preſentem paginam ſigillo noſtro communitam, predicte Eccleſie duximus tradendam. H. r. t. ſ. *Dominus Hainricus de Ouvva*, *Albero dictus Purrar*, *Hainricus Stainbacher*, *Stephanus Perahart*, *Dinevort*, *ſervi ipſius Comitis*, & ceteri quam plures. Acta ſunt hec anno Domini MCCLVI. pridie ante purificationem beate Virginis *in Walde*.

Num. LII. Donatio Comitum de Eſchenloh. An. 1261.

Cum homo de muliere natus brevi vivat tempore, nec aliquis debeat ſperare in tempore ſue juventutis, & proſperitatis, & cum mors nulli hominum parcere conſueverit; Inde eſt quod nos *Hainricus Dei gratia Comes de Eſchenloch*, & uxor noſtra *Agnetis*, nec non filius noſter *Hainricus*, & uxor ipſius *Liugartis*, curiam noſtram in Hardereu ſitam, cum omnibus attinentiis, donamus pro remedio animarum noſtrarum & parentum noſtrorum, & omnium fidelium defunctorum in communem utilitatem fratrum, & ſororum in cenobio Pairen commorantium: hac adhibita forma, quam diu in hac vita manſerimus, quod porcus de curia proveniens cedat in uſus oblationum, & proinde ebdomadatim in honore beate Marie Virgines Miſſa celebretur; ſed cum unus noſtrum prenominatorum de hac luce Deo vcoante migraverit, porcus ad curiam reſumatur & cum proventibus ejusdem curie obſequia noſtra in omnibus honorifice agantur, preter cereos, & denarios oblationis quos perſonaliter dare debemus. Item anniverſarius noſter proxima die poſt memoriam omnium animarum celebrari debetur, cum plenaria cibi, & potus adminiſtratione.

Item

Item in anniverſario ſecundi obientis, quacumque die agatur, fratribus & ſororibus, in vino tantum plenarie debetur aminiſtrari. Pretere cum ultimus noſtrorum obierit, denariorum libras decem in communem utilitatem fratrum & ſororum dare tenetur. Committimus enim ſepedictum curiam ad manus cellerarii, qui tunc fuerit, ut preſcripta perficiat. Ut autem hec rata permaneant, ſigillo venerabilis Abbatis Heinrici & Conventus, nec non noſtro ſigillo pares littere roborantur. Acta ſunt hec anno Domini milleſimo ducenteſimo ſexageſimo primo die Innocentum in Cenobio Purren.

Num. LIII. Emunitas Tirolenſis. An. 1263.

In nomine Domini Amen. Nos *Meinhardus & Albertus Comites Goritz* & Tirolis, notum facimus univerſis Chriſti fidelibus, & proteſtamur Cartula preſenti, omnes donationes, quas illuſtris Otto Dux Meranie Comes Palatinus Burgundie, pie memorie, in decimis de hereditate ſua ſive allodio, ante obitum ſuum donavit cenobio Buorenſi in agris, pratis, aquis, & ſilvis, culta & inculta & in theloneis, nos & noſtri ſucceſſores ratum habemus & firmum, & ſcripto noſtro ad meliorem certitudinem & cautelam confirmamus Cenobio & Dominis predictis. Ad hec mandamus, & precipimus diſtricte, & committimus omnibus noſtris Caſtaldionibus, qui ſunt & qui fuerint, ut dicto cenobio annuatim plene & integre ſolvant decimam premiſſam, tam in montibus, quam extra montes. Volumus etiam & mandamus, ut nullus novus theloneator predictos cum aliqua exactione thelonei veniendo vel redeundo impediat, vel detineat. Ut autem hoc per nos & per noſtros firmum obſervetur & inconvulſum, preſentem paginam ſcribi fecimus, & ſigillorum noſtrorum munimine roborari. Acta ſunt hec in Burgo Mateii anno Domini milleſio ducenteſimo LXIII. Indict. VI. die veneris XII. exeunte Januario, in preſen.

ſentia iſtorum teſtium, *Ulrici de Tiuers*, *Jacobi Trautſun*, *Nicolai de Bozano*, *Friderici Perthingarii*, *Chunradi Helblinch*, *Ruperti de Matrii*, *Domini Heinrici Plebani de Dolſach*, & aliquorum quam plurium.

Num. LIV. Sententia judicialis. An. 1263.

Hartmannus Dei gratia Eccleſie Auguſt. Epiſcopus univerſis &c. ſalutem in Jheſu X. Noverit diſcretio ſingulorum, quod cum quedam cauſa inter dilectum nobis Abbatem S. Benedicti Burren & *Arnoldum Tannaer* ſuper quibusdam bonis in Mæchtenſtein verteretur, & idem Abbas coram judicio ſeculari in Mounichingen *ſeptem teſtibus* Ydoneis juratis, ut dicitur, intentione fundata evicerit in cauſa; Idem Arnoldus propoſuit, quod ipſe Abbas teſtes ſuos ſubornavit in ejusdem Arnoldi prejudicium & gravamen. Tandem partes communi aſſenſu coram dicto judicio diem peremptorium videlicet feriam quartam poſt octavam pentecoſtes preſentis anni elegerunt, quo coram nobis dictus Abbas ſe quod teſtes ſuos non ſubornaverit, expurgaret. Quo die ipſo comparente & parato premiſſa adimplere, dictus Arnoldus nec per ſe nec per alium ydoneum comparuit coram nobis. Cujus nos preſentibus teſtimonium perhibemus. Dat. Aug. anno Domini milleſimo ducenteſimo ſexageſimo tertio Kal. Junii.

Num. LV. Donatio Ulrici de Schildberg. An. 1270.

Ego *Ulricus de Schiltperg* Marſchalcus, tenore preſentium profiteor & conſtare cupio univerſis Chriſti fidelibus preſens ſcriptum intuentibus: quod bona mea in Rides, videlicet curiam, ac feodum, legavi & dedi Eccleſie in Peuren in remedium anime mee & ſalutem, libere & ſolute. Et de eisdem bonis pro tempore vite mee de ipſa Eccleſia in Peuren dantur mihi omni anno quatuor urne vini latini. Et idem vinum mihi

aſſignatur in Peyſenberch, in feſto beati Martini. Poſt mortem vero meam predicta bona in Rides absque quolibet impedimento heredum meorum, & ſine omni vino ipſis inde perſolvendo deſerviunt prefate Eccleſie & ad ipſam pertinent libere & ſolute. In cujus rei teſtimonium & robur firmitatis, preſens ſcriptum ipſi Eccleſie ſigilli mei robore cum teſtibus ſubnotatis tradidi communitum. Teſtes ſunt hii, *Wichnandus miles de Eyringeſpurch, Dominus Chunradus de Schiltberg Canonicus, Marquardus de Wilenpach, Dipoldus de Perenpach, Chunradus de Pogen, Straxarius Peregrinus*, & alii quam plures. Actum anno Domini milleſimo ducenteſimo ſeptuageſimo, proxima feria ſecunda ante annunciationem Beate Virginis Marie.

Num. LVI. Donatio Alberonis de Bruckberg. An. 1275.

Nos *Albero Libertinus de Pruckberch* univerſis & ſingulis duximus ſignificandum, quibus preſentes littere oſtenduntur, quod de voluntate adhibita kariſſime noſtre uxoris nomine *Chunegundis* ac puerorum noſtrorum *Diethalmi*, nec non *Alberonis*, manu pariter & conſenſu donavimus Monaſterio S. Benedicti in Purren Pönnenſperch curiam, & Meslisperch ibidem cum omnibus, que cenſentur jure ad eandem, videlicet ſilvas, nemora, prata, piſcinam, aquam Seld manantem usque in Leubſa, libere jure proprietatis pro duabus huobis in Vindorff, quas in concambium nobis tradidit Dominus Ortolfus Abbas ejusdem loci cum Conventu memorato. Addicimus viva voce, & confirmamus ſine omni errore libertatem, ac jus ad eandem curiam pleniſſime Pönnenſperg pertinentem, que ad noſtra bona in nemore ubicunque predicto loco fuerint collocata, gaudeat eadem Eccleſia & curia in juribus eisdem quolibet ſine modo. Ut autem noſtra donatio inviolabilis maneat, ſed firma, damus eidem monaſterio litteras cum noſtro ſigillo roboratas. Datum in Murnawa anno Domini milleſimo

ducenteſimo ſeptuageſimo quinto. Teſtes *Heinricus de Steinbach*, *Dominus Otto dictus Gebelſperch*, *Diethmarus Prepoſitus*, *Berchtoldus dictus Wiker de Murnawa*, *Hannes de Murnawa*, *Berchtoldus Haſerer*, *Ludwicus de Laingrub*, *Berchtoldus Cakar*.

Num. LVII. Donatio Wichnandi de Irensburg. 1275.

Ego *Wychnandus de Irnſpurch* tenore preſentium profiteor, ac notum facio omnibus intuentibus preſens ſcriptum, quod animo deliberato, maturoque conſilio, in remedium & ſalutem anime mee ac omnium progenitorum meorum donavi, tradidi & aſſignavi cum omnibus iuribus fructibus & proventibus Monaſterio Pevvrenſi molendinum meum cum beneficio *in Ramſau*, libere, quiete, pacifice in perpetuum poſſidendas & fruendas, ac ſine omni moleſtia ſeu impetitione mea, vel heredum meorum, quocunque colore queſita in poſterum facienda. In cuius rei teſtimonium preſentem litteram mei ſigilli munimine duxi prefato Monaſterio communicandam. Datum & actum anno Domini MCCLXXV, nono Kal. Decembris.

Num. LVIII. Privilegium Rudolphi I. Imp. 1275.

Rudolphus Dei gratia Romanorum Rex ſemper Auguſtus, univerſis ſacri romani imperii fidelibus imperpetuum. Si ad Eccleſias & loca venerabilia Deo dicata benigne dirigimus aciem mentis noſtre, ac eorum profectibus intendimus diligenter, nedum eterne retributionibus merita, ſed laudis preconia conſequimur temporali. Inde eſt igitur, quod notum eſſe volumus univerſis imperii fidelibus tam preſentibus quam futuris, quod cum *Ortolfus* Abbas Monaſterii Burenſis, Princeps noſter, ad noſtre Maieſtatis preſentiam acceſſiſſet, quoddam privilegium eidem Monaſterio ſuo ab inclite recordationis *Friderico* Romanorum Imperatore

ne predeceſſore noſtro indultum, noſtre celſitudini preſentavit; humiliter ſupplicans, ut privilegum ipſum innovare, & que continebantur in eo, ipſi Abbati, ſucceſſoribus ſuis, & Monaſterio ſupradicto confirmare de noſtra gratia dignaremur: cuius privilegii tenor talis eſt. In nomine ſancte & individue Trinitatis. *Fridericus &c. vide ſupra ad annum* 1155. *n.* 19. Nos autem prefati Abbatis, Principis noſtri dilecti, devotis ſupplicationis benignius inclinati, attendentes quoque devotionem ſinceram, quam idem Abbas habere dignoſcitur erga noſtre celſitudinem Maieſtatis, conſiderantes etiam, quod exhibemus obſequium Deo gratum, ſi predeceſſorum noſtrorum, divorum Auguſtorum memorie colende, veſtigia proſequentes circa profectum antedicti Monaſterii tam liberaliter intendimus quam libenter; predictum privilegium, ſicut de verbo ad verbum ſuperius ſcriptum eſt, iuſſimus innovari, & que continentur in eo, ſibi ſuisque ſucceſſoribus, *inveſtituram a romano Rege vel Imperatore per ſceptrum ſuſcipere debentibus* & Monaſterio ſepedicto, de innata benignitatis noſtre gratia perpetuo confirmamus. Ut autem hec noſtra confirmatio robur obtineat perpetue firmitatis, preſens privilegium fieri, & ſigillo Maieſtatis noſtre iuſſimus communiri. T. h. r. ſ. venerabilis *Tridentinus*, *Auguſtenſis & Einſtetenſis Epiſcopi, illuſtris Ludovicus Palatin. Comes Reni Dux Bavarie, Philippus Dux Karinthie*, *Meinhardus Comes Tyrolenſis*, *Burgravius de Nurenberg*, *Heinricus Comes Wirſtenberg*, *Gerhardus Comes de Hircisberg*, & alii quam plures. Signum Domini *Rudolphi* Romanorum Regis invictiſſimi. Datum Auguſte XV. Kal. Iulii, indictione tertia anno Dominice incarnationis MCCLXXV. regni vero noſtri anno ſecundo.

Num. LIX. Inveſtitura Cæſarea. 1275.

Rudolphus Dei gratia Romanorum Rex ſemper Auguſtus, univerſis Miniſterialibus, hominibus, & vaſallis Monaſterii

Bu-

Burenſis, gratiam ſuam & omne bonum. Benignitatem decet regiam, ſubditorum ſacri imperii fidelium, maxime maximorum, commodis intendere, & ipſorum quieti ſerena mente conſulere, ut allecti beneficiis & beneficentie gratiis, in recompenſam devote fidelitatis ſacro imperio fortiori devotionis fidei & dilectionis vinculo coniungantur. Quod attendens noſtra ſerenitas, venerabilem *Ortolfum* Burenſem Abbatem, Principem noſtrum dilectum, ſe noſtre Maieſtatis conſpectibus preſentantem, ſumus beniguitate regia favorabiliter proſecuti, collatis ſibi *regali ſceptro regalibus*, ac eodem de aminiſtratione temporalium legitime inveſtito: Quapropter univerſis & ſingulis vobis mandamus, precipientes auctoritate regia firmiter & diſtricte, quatenus eidem Abbati, Principi noſtro dilecto, devote fidelitatis obſequia impendatis, & eidem tanquam veſtro vero Abbati in omnibus intendatis, fideliter & devote. Datum apud Auguſtam XV. Kal. Iulii indictione tertia, anno Domini MCCLXXV. regni vero noſtri anno ſecundo.

Num. LX. Concambium. 1277.

Noverint univerſi hanc cedulam inſpecturi, quod nos *Ortolfus ſolius* Dei clementia Abbas Monaſterii ſancti Benedicti *in Beurn* communicato conſilio noſtri capituli, noſtrum *Nuitaeil* an der *Aſſcter*, & unam aream in der *Miklgazzen*, que ſervit XL. denarios, & aream incultam ſub grutu, que ſervit tres ſolidos, Domino & in Chriſto venerabili prepoſito S. Zenonis *in Halle* fideliter committimus: ut exinde quatuor cuppas maioris menſure nobis ſerviat annuatim; hac tamen conditione mediante, ut quamdiu nobis taxatum cenſum perſolverit, & inſuper quamdiu habere decreverit, dictam noſtram iurisdictionem in predictis perpetuo teneat inconvulſam. Ut ergo ratum & firmum hoc permaneat, preſentem cedulam ſigillorum noſtrorum robore fecimus inſigniri. *Actum* anno Domini MCCLXXVII. IIII. Kal. Aug.

Num. LXI. Vitaliteum. 1277.

Univerſa que aguntur in fide negotia &c. ad omnium igitur cupimus pervenire notitiam, quod nos *Ortolfus* Dei gratia Abbas *in Beurren*, cum communi conſilio noſtri capituli curiam noſtram *in Laingreben* dictam *Purrarii*, dilecto nobis & fideli *Ludwico*, nec non & filio ſuo *Heinrico*, pro decem talentis Monacenſium, ſub titulo *Libesgedinge* contulimus in hunc modum: videlicet ut ex ea nobis & Eccleſie nil penitus annuatim ſerviant, quam duos modios tritici & quatuor modios avene, quinque pullos & C. ova: ſi quidem leſio grandium vel ſterilitatis, ſeu tale huiusmodi dictam Eccleſiam noſtram non vitabit, ipſis ut aliis colonis noſtris ibidem reſidentibus facere promittimus. Advocato vero non amplius quum quatuor metretas avene, & ſolumodo duarum ſteurarum medietatem, Maii, ſcilicet & autumpnalis, quas eiusdem ville villici dare integraliter ſunt ſoliti, eos pro iure advocaorio perſolvere recenſemus. Ad hec ſi dictus *Ludwicus*, & etiam filius ſuus *Hainricus* predictam curiam rerum & perſone defectu colere nequierit, ipſam colonis valentibus inſtituere promittimus bona fide. Si ſupradictus *Ludovicus* & filius ſuus *Heinricus* incumbenti neceſſitati ius huiusmodi curie ſuprafate vendere voluerit, nullis extraneis, ſed ſolumodo noſtratibus vendere decernimus. Hoc tenore, ut ergo ratum & inconvulſum hoc permaneat &c. Teſtes ſunt huius rei: *Dominus Hainricus de Steinpach &c.* Acta ſunt hec anno Domini MCCLXXVII.

Num. LXII. Laudum ſuper Pontingen. 1278.

Nos *Chunradus* Dei gratia Friſingenſis Epiſcopus, notum eſſe volumus preſentium inſpectoribus univerſis, quod cum inter venerabilem in Chriſto fratrem *Fridericum* prepoſitum Eccleſie noſtre procuratorem Eccleſie ſancti Pauli, nomine eiusdem Eccle-

ſie ſancti Pauli ex una parte, & *Ortolſum* venerabilem Abbatem Monaſterii *in Pevorn* Auguſtenſis Diecesis ex altera, nomine Monaſterii ſui, de quadam curia *in Pontingen*, quam uterque ipſorum ad ſuam Eccleſiam contendebat proprietatis titulo pertinere, orta eſſet materia queſtionis: ipſa queſtio per arbitros a partibus communiter electos ſopita taliter extitit & deciſa; videlicet prenominatus prepoſitus Friſingenſis Procurator Eccleſie ſancti Pauli de conſenſu Canonicorum eiusdem Eccleſie ſancti Pauli ceſſit, & renuntiavit omni iuri, quod ſibi & prefate Eccleſie ſancti Pauli in prenominata curia *in Pontingen* competebat, & competere videbatur, tradens atque aſſignans poſſeſſionem ipſius curie cum omnibus ſuis attinentiis prefato Abbati *de Pevorn*, ſuoque Monaſterio iure proprietatis perpetuo ſerviendam; idemque Abbas in recompenſationem eiusdem renuntiationis ſeu ceſſionis duodecim libras Monacenſium denariorum ex tenore eiusdem arbitri ſepedicto prepoſito Friſingenſi numeravit & tradidit in uſus, & utilitatem Eccleſie ſancti Pauli, & fratrum ibidem Deo ſervientium convertendas. In cuius rei teſtimonium placuit ipſis partibus preſentem cedulam noſtri & prefati Prepoſiti Friſingenſis ſigillorum munimine roborari. Datum Friſinge anno Domini MCCLXXVIII. quarta decima Kal. Iulii.

Num. LXIII. Collatio Cæſarea quatuor officialium. Anno 1278.

Rudolphus Dei gratia Romanorum Rex ſemper Auguſtus. Univerſis Imperii Romani fidelibus preſentes literas inſpecturis, gratiam ſuam & omne bonum. Etſi ad omnes Imperii Romani fideles munificentie noſtre dexteram debeamus extendere debitricem, Principes tamen velut baſes egregias, quibus Imperii celſitudo potenter innititur, ſpeciali prerogativa nos decet attollere, condignisque beneficientie noſtre favoribus ampliare: preſer-

ſertim cum ex eo quod conditiones & tituli Principum dilatantur, ſacrum Romanum Imperium honoris & glorie non modicum recipiat incrementum. Sane venerabilis Ortolſus Monaſterii Burenſis Abbas, Princeps noſter dilectus & Conventus ibidem Culmini noſtro humiliter ſupplicarunt, quod cum ipſi officiatorum, ſui Monaſterii Principatui congruentium, paterentur defectum, nos eis de ſuis miniſterialibus, & non aliunde, quator officiatos, Marſchalcum, Dapiferum, Pincernam & Camerarium videlicet conſtituendi, & eosdem congrue ſine magno Monaſterii prejudicio infeodandi, auctoritatem plenam tradere de benignitate Regia dignaremur. Nos igitur predictorum Abbatis & Conventus ſupplicationibus utpote rationabilibus, favorabiliter inclinati permittimus, & plenam ac planam eisdem concedimus, quod iuxta petitionis ſue tenorem, *Quatuor officiatos expreſſos ſuperius*, qui ipſius Monaſterii miniſteriales ſint, conſtituant, & eosdem de Monaſterii bonis infeodent, ſine gravi tamen Monaſterii diſpendio & iactura. Hoc adiecto nihilominus, quod iidem officiati nihil in ipſis officiis, motu proprio, ordinare valeant ſeu diſponere, niſi quod de Abbatis, qui tunc pro tempore fuerit, & Conventus, proceſſerit voluntate. Si quem etiam officiatorum migrare contigerit ab hac luce, decedentis primogenitus tantum debet in officii, & feodorum ad idem ſpectantium poſſeſſione coniuncta, & pacifica permanere, ne in plures heredes ipſum officium dividatur. Si vero aliquis ex huius modi officialibus extra poteſtatem Eccleſie matrimonium contraxerit, heredes eiusdem idem officium nullatenus heredabunt, & in hoc caſu Abbati & Conventui antedictis, tam officium, quam feodum, ipſi officio attinens, in alium transferre licebit. In cuius teſtimonium preſens ſcriptum Maieſtatis noſtre ſigille iuſſimus communiri. Datum Wienne XV. Kal. Aprilis indictione VI. anno Domini MCCLXXVIII. Regni vero noſtri anno quinto.

Num.

Num. LXIV. Venditio. Anno 1281.

Ich *Hainr. von Sweld* vergich und bechen offentlich mit diſen Brief, für mich und all mein Erben, vnd tu kund allen dy dyſen Brief anſehent oder hörent leſen, daſs ich kawflich zu kawffen und auch zu aynen ewigen Selgerat geben habe, und auch gibe in krafft ditz Briefs, das ganz Ried zu Aychfeldorff, das mein recht aygen iſt, Höffe, Hube, Lehen und alles das in dem Ried leit und darzu gehört, mit Wäldern, Wayd, Aeckern und Wiſmat: allein herdan geſezt, des Freymanns Gutt, das einem yedlichen Freymann und anderſt nicht: dem erwirdigen Herrn Apbt Ortolff, und ſeinem Gottzhaws zu ſant Benedictenpawrn, daſs ſy das hinfür ewiglich innen haben und niezzen, als ir grundtleichs rechts aygen, und damit tun und laſſen, als mit andern irs Gottzhaws aygen; an alle Irrung, Hindernus, Widerſprechen mein, meiner Erben, und mannigleichs von unſern wegen, es ſey mit Recht oder an Recht, oder wie das köm nichts ausgenommen. Das zu ainen waren Urkundt gib ich den obgenannten Gottzhaus diſen Brief mit meinen aygnen anhangenden Inſigel trawlich verſigelten. Der geben iſt nach Chriſti Gepurd zwayhundert und in dem eins und achtzegiſten Iar an ſant Matheustag des Ewangeliſten.

Num. LXV. Donatio decimarum. An. 1283.

Nos Ludowicus Dei gratia Comes Palatinus Reni Dux Bavarie, notum facimus preſentium inſpectoribus univerſis, quod nos animo deliberato maturoque conſilio in relevamen Monaſterii Pavvrenſis S. Benedicti ordiniſque eiusdem, & remedium anime noſtre & omnium progenitorum noſtrorum, tradidimus & donavimus decimas noſtras in Mochtolfingen & in Traubingen: quiete ac pacifice in futurum perpetuo poſſidendas ſine omni impetitione

noſtra ac heredum noſtrorum & quorumcunque aliorum, quibuscunque coloribus queſitis in poſterum faciendis. In cuius rei teſtimonium preſentes tradidimus noſtri ſigilli robore communitas. Datum Monaci anno Domini milleſimo ducenteſimo LXXXIII. ſeptimo Kal. May.

Num. LXVI. Inveſtitura Cæſarea de Regalibus. Anno 1286.

Rudolphus Dei gratia Romanorum Rex ſemper Auguſtus univerſis ſacri Imperii Romani fidelibus, preſentes literas inſpecturis, gratiam ſuam & omne bonum. Quia tribulationibus, preſſuris & anguſtiis venerabilis Heinrici Abbatis, & ſui Monaſterii S. Benedicti Burin ex innata noſtris precordiis pietate ex animo condolemus, ſuis commoditatibus intendere volumus, & eum ſpeciali gratia prevenire. Propter quod ad univerſitatis veſtre notitiam cupimus pervenire, quod nos ad preces & inſtantiam *illuſtris Duciſſe Bavarie filie noſtre kariſſime*, Regalia feoda Principatus, quem obtinet, eidem Abbati liberaliter duximus transmittenda, volentes in hoc ſuis parcere laboribus, & expenſis. Unde univerſis miniſterialibus & vaſallis Monaſterii ſupradicti, damus firmiter in mandatis, ut memorato Abbati, tanquam noſtro Principi, & ſuo Domino in omnibus intendant humiliter, & pareant reverenter. In cuius rei teſtimonium preſens ſcriptum exinde conſcribi, & Maieſtatis noſtre ſigillo iuſſimus communiri. Datum Auguſte VII. Kal. Februar. indictione XIV. anno Domini MCCLXXXVI. Regni vero noſtri. Anno XIII.

Num. LXVII. Inveſtitura ſimultanea. An. 1289.

Alles das icht in Threuen oder in Wahrheit geſchicht, das ſoll man mit Briefen und mit Gezeugen verveſten. Darum tun chunte ich *Otto Sachſenhauſer* allen den die den Brief ſehent oder hö-

hörent leſen, daſs ich ain Chub zu Engelbartingen han geben dem Gottzhaus zu ſand Benedicten Bewrn zu ainen Selgerät mir und meiner Hausfrauen *Fridraunne*, mit ſogetannen Gedinge, als wir en hie kunth thun: das ſelbe vorgenannte Gottzhaws mich und mein Hausfrauen, wan wir verderben inderhalp Lants, ſullen here füren, und ob ich auſſerhalp Lants verdirbe, wenne das mein Freunte her chunt thun, das ir mein Vigil recht begeet, als ich ſelbſt dagegen ſey, und ſullen uns beſtäten an Choſte die zwaimal an Schaden, Nachts und Morgens, und ſullen yedwederne Leibe ain Pfunt geben ze Opfer Pfenninge und was uns daryber werde, die ſullen wir dem Gottzhawſe wider geben. Darüber ſullen wir ich und mein Erben daſſelbe Gutte beſchirmen, mit ſo getandn Dingen das wir davon nichts ſullen nemmen den alle Iar zwai Höner an ſant Michelstag. Ob ich oder chain mein Erbe das prechen, daſs wir mit derſelben Vogtaie nymer ſullen ze ſchaffen haben, und das ſelbe vorgenannte Gut, das iſt nunn Lehen von Herzog Ludwig von Payrn, das han ich geligen des Gottzhaws Lütten von ſant Benedicten Bewrn, und bin ſein, och gewere ich und all mein Erben: und wenne ich geſterbe, das mann denne mein Iarzeit und meiner Hausfrawen und meines Vatters und meiner Mutter und meines Herrn Herzogs Otto von Meran begeet alle an ſant Veitstag, und die andere Tage begeet. Und das Gut han ich gelichen Perhtold Sporn und Ludwigen und Otten Vogeleren und Ortolfen Tegan, und Chunrat Tegan, und Chunrat dem Schergen, und Heinrich Wolfram, und Hainrich und Alber von Rāmſawe, and Ulſchalche von Hauſerne und Chunrat Ramſer, und Perchtold ſein Brueder: und daſs wir daſſelbe Gutte ſullen ligen, denſelben ihr Sunen und ihr Töchtern, und wanne der eine ſterben, das wirs ein ander ſollen ligen, den mann uns den piete ze ligen. Darüber gib ich mein Inſigel, das ſtäte belibe, und iſt das geſchehen nach Chri-

ſtes Gepurde tauſent Iar über zweyhundert Iar und über neune, und achzig Iar, an ſant Mangenabent.

Num. LXVIII. Tranſlatio miniſterialis. An. 1290.

Quoniam memoria labilis eſt, & turbe rerum non ſufficiens, ideo notum facimus univerſis ob cautelem futurorum, quia miles quidam nomine Rupertus habitans in *Laingruben*, nimis oportune ſibi cohabitantes infeſtans, eſt a nobis ſeduſus in preſentia Ludowici Ducis Bavarie, noſtri videlicet Advocati, ſub teſtimonio Domini ſui, ſcilicet *Perchtoldi Comitis de Eſchenloch*: hac ratione, quod videlicet pro domo ſua & pomario, & tantum modo XI. jugeribus, non enim plus in predicta villa poſſederat, usque ad terminum vite ſue, ſine omni retractione predium quoddam debet in Weile poſſidere. Cum vero de hac vita migraverit, eius poſſeſſionem, de qua ſupra diximus in Laingruben ſibi vendice tis qui de iure debet hanc hereditare: ſalva nobis in Weile poſſeſſione. Ad huius itaque rei teſtimonium, paginula preſens horum roboratur appenſione ſigillorum.

Num. LXIX. Abdicatio dominii. 1291.

Nos *Ludewicus* Dei gratia *Comes Palatinus Reni Dux Bavarie*, notum facimus preſentium inſpectoribus univerſis, quod cum dilectus fidelis noſter *Otto de Sachſenhauſen*, in remedium anime ſue dederit & donaverit hubam *in Engelhartingen*, quam a nobis in feodum tenuit, ſive ius, quod ſibi competiit in eadem Domino Abbati, Conventui & Monaſterio *in Pavren*, nos eidem Domino Abbati, Conventui & Monaſterio eiusdem hube, in remedium anime noſtre & progenitorum noſtrorum, dedimus & damus, donavimus & donamus, tradidimus & tradimus, ac pleno iure Dominii transferimus in eosdem, per ipſos proprietatis titulo perpetuo poſſidendam. In cuius rei teſtimonium ipſis preſen-

ſentem litteram dedimus noſtri ſigilli robore communitam. Dat. Monaci anno Domini milleſimo ducenteſimo nonageſimo primo, ſexta Kalend. Marcii.

Num. LXX. Sententia ſuper Hadèrnholz. 1292.

Nos *Ludvvicus* Dei gratia *Comes Palatinus Reni & Dux Bavarie*, notum facimus preſentium inſpectoribus: ſuper controverſiis, que emerſerunt inter noſtros officiales & opidanos opidi Monacenſis parte ex una, & Abbatem *in Benedictenpauern* parte ex altera, de & ſuper virgulto ac rubo, quod vulgariter *Hadernholz* dicitur, ita quod noſtri officiales ac prefati opidani propoſuerunt & dixerunt, quod nobis iure advocatie, & predictis opidanis ex conſuetudine quadam in eodem virgulto debere ius competere ipſe quoque Abbas predicti Monaſterii inſtanter contradixit, & litteras efficaces in medium produxit, in quibus continebatur, quod nec nobis nec alicui, quocunque coloris queſito, aliquod ius in prefato virgulto competeret, ſed ad ipſum Monaſterium pleno iure debere pertinere. Nos itaque ſolita pietate moti, & de maturo conſilio quorum intererat, prefatum virgultum eidem Monaſterio pleno iure adiudicavimus & aſſignavimus, in futurum quiete & pacifice in perpetuum ſine omni impetitione in poſterum poſſidendum. In quorum evidentiam preſentes litteras noſtro ſigillo predicto Monaſterio duximus roborandas. Acta ſunt hec anno Domini MCCXCII. Idus Aprilis.

Num. LXXI. Immunitas prædiorum duor. 1293.

Nos *Ludwicus* Dei gratia *Comes Palatinus Reni Dux Bavarie*, notum facio preſentium inſpectoribus univerſis, quod cum *Chunradus* dictus *Tiufelhart*, predium unum *in Viſen*, & *Hainricus* dictus *Hulmaier*, alterum predium *in Oſterhoven*, in anime & progenitorum ſuorum remedium transtulerint in venerabilem Abba-

tem & Monaſterium Burrenſes: a ſolutione cuiuslibet iuris advocatitii, exactione ſtuirarum, & a receptione herbergarum quarumlibet & aliorum huiusmodi, que a talibus conſueverunt exigi, bona eximimus antedicta; nolentes immo ſtricto ſtrictius prohibentes, ne quis officialium noſtrorum quocunque nomine cenſeatur, contra huius noſtre conceſſionis paginam in bonis memoratis, in requiſitione aliquorum iurium predictorum moleſtare preſumat, aliquande ſeu gravare ipſum Abbatem & Monaſterium ſepefatos. In cuius rei teſtimonium preſentes tradimus ſigilli noſtri robore communitas. Datum Monaci anno 1293. VII. Kalend. Maij.

Num. LXXII. Laudum ſuper finibus regundis. 1293.

Ich Schweſter *Mhchtild von Stattelberch* Abbateſſin ſand Claren Ordens zu München, thun chunt allen den, die diſen Brief ſehen oder hören leſen: daſs ich mit gemainen Rat der *barfuozen Bruoder*, und och der Samenung meines Convents den Chrieckk, der zwiſchen unſeren Läutten in dem Wald und des Abbtes von ſand Benedictenpäurn Läutten *zu Ponniſperge und zu Mæſtlinſperge* geweſen iſt, nach unſer paider Schidläut Rat alſo geſchaiden iſt: daſs paide Läut auf ihr paider Waid ſullen treiben und etzzen, als vor ſechtzig Iaren, an alls vil, daſs iedweder gut ſein äucht Waid ſundebar haben ſull an Gevar und, ſwem daſs für chumpt ſy varen wider zuſammen als e. Darüber hetten wir einen Chriekk, daſs des Abbes Weyar zu vaſt ſwälte uf unſer Gutt, und daſs die Saeld oberhalb des Weyars unſer wer; das ward aber gelaſſen an Schidläutten, die ſchiden das, daſs wir an dem Waier und an der Saeld nicht enhietten, an als vil, als die Schidläut de Tags geſchiden; Und ſoll der Weyer ſtein in allen dem Rechte mit ſeinem Wazzer, als er deſſelben Tages ſtund, do es geſcheiden wart. Do iach der Abbt das ſinin Gutt diuſelben

ben Recht ſullten haben in dem Wald als unſeren Gutt, das ward ouch alſo geſchaiden, daſs ſiniu Gutter ſullen Zimberholz uz demſelben Wald nemen, ſwann ſy ſiu bedurffen ze rechter Nott, ob man ſiu uf ſeinen Gutt nicht envindete. Daſs die Taidinch immer ſtät beleiben beidenthalben, darum ſigelen wir den Brief mit der *barſuozen Bruoder Inſigel*, und mit unſers Convents Inſigel, und geben in dem vorgenanten Abbt von ſant Benedictenpäurn zu einem Urchundt ewiglichen des Schaides, was unſer Taidinger Bruder *Chunrat von Landfrideskoven*, daz was by Bruder *Burchhart*, und Bruder *Hainrich* der Ikkinger, Herr *Hainrich von Stainbach*, *Bertold der Hauſerer*, *Brobſt Chunrat von Uffldorf*, die drey waren Schidläut. Des ſind Gezeugen: *Ludewich von Laingreben*, *Chunrat der Holzchircher*, *Ortolf Tegan*, *Hainrich Herſchaffter und ſein Sun Seifrid*, *Chunrat Hof-Fiſcher*, *Ulrich Pæſinger*, *Chunrat de Scheriger*, *Hainrich und Alber von Rain*, *Hainrich der Werckmaiſter*, *Ulrich von Püchel und Hainrich Wolfram*: *und von unſern Gedingen*, *Hainrich Ralei*, *und Chunrat ſin Sun*, *Sybot ſin Sun*, *Hainrich von Steigenberch*, *Sybot und Alber von Armannesperch und Meinhart von Armannesperch*, und ander biderbe Läuten, die nicht geſchriben ſind. Diſer Scheid iſt geſchehen nach Chriſtes Geburd über zwelff hundert Iar driu und niunzig Iar an den nähiſten Eritag nach dem weiſſen Sunnetag.

Num. LXXIII. Donatio Comitis de Eſchenloh.

1.2 9 3.

Univerſa que contrahuntur vel aguntur bona fide negotia vel voce teſtium aut litterarum debent memoria eternari. Ad omnium igitur cupimus pervenire notitiam, quod nos *Perchtoldus* Dei gratia *Comes de Eſchenloch* duas noſtras hubas in *Germisgave*, ſituatas, que nos iure proprietatis reſpiciunt cum omnibus ſibi pertinentibus, cultis & incultis, venerabili Domino Abbati in

Peü-

Peſtren ſancti Benedicti ſuoque Monaſterio, in remedium progenitorum noſtrorum ac animarum noſtrarum contulimus unam; quarum, ſcilicet hubam Poningam ad preſens ipſis dedimus libere & ſolute: in altera vero, quia Witolshoferii quiddam iuris retinent, eandem hubam a dictis Wichtolshoferiis infra feſtum ſancti Martini nunc inſtantis abſolvere profitemur, omni occaſione prius poſita & remota. Quod ſi facere non poſſemus, aliam hubam in redditibus equivalentem de noſtris prediis, que nos ſimiliter iure proprietatis reſpicit, loco illius dicto Monaſterio infra idem tempus ſancti Martini tradere debemus irrefragabiliter ſine mora. Debent autem prenominatus Abbas & Conventus noſtrum & progenitorum noſtrorum, ſicut hactenus fecerunt, anniverſarium annis ſingulis inviolabiliter celebrare. Adicimus etiam quod nos quam diu vixerimus, proventus ſive redditus dictarum hubarum ſingulis annis colligere debemus, niſi ad hoc ex ipſis redditibus aliud decreverimus ſtatuendum; poſt mortem vero noſtram ſatis dicti redditus cum hubis ſive manſibus nominatis, ut preſcriptum eſt totaliter ipſis cedent. In cuius rei teſtimonio preſens ſepefato Monaſterio conferimus cum noſtri ſigilli robore communitum. Teſtes huius donationis ſunt: *Dominus de Wangen, gener ſuus Dominus Arnoldus de Eſchenloch, Dominus Hainricus de Stainpach, Ulricus Umſter, Pernhardus Geltinger, Crimaldus, Perhtoldus Spor, Ulricus Peiſinger, Chunradus Stainbacher, Hainricus filius Ludowici*, cum aliis plurimis fide dignis. Actum anno Domini milleſimo ducenteſimo nonageſimo tertio in vigilia ſancti Auguſtini Epiſcopi in Monaſterio Burenſi.

Num: LXXIV. Donatio Comitis de Eſchenloh. An. 1294.

Ich Grafe Perhtold von Gottes Gnaden Grafe von Eſchenloch, tun chunt allen den die den Brief leſent oder hörent leſen, daz ich ſchuldige waz dem Goteshauſe datze ſant Benedictenbürren

man an zwai funzzich Pfunt Augſpurger ze Selgerät von unſernne vorderne, und von mir ſelben zwelfe Pfunt Augſpurger: für diu ſelben vier unn ſechzeg Pfunt hab ich gegeben demſelben Goteshaus min aigen zwo Huobe datze Germersgawe, unn den Hofe ze Lohen ze nechſten pi der Chirchen da Ponfraze auffizzet; daz man von denſelben guoten begen ſoll miner fordernen Iarzit unn miner Iarzit, und ſoll ich derſelben guote gewer ſin des vorgenannten Goteshauſes nach aigens gewer, unn über den Hofe datze Lohen da ſol ich ſelbe Fogte über ſein, dieweilen und ich lebe. Swenne ich danne nich enpin, ſo enpfelhen ſi die Fogtaie, ſwen ſi wollen. Dizze iſt geſchehen nach Chriſtes Gepurtte über tauſend Iar über zwayhundert Iar und über fier unn niunzig Iar an dem Sampzetage vor Sunwenden. Dez ſint Gezuich *Her Arnolt von Eſchenloch*, *Her Ph. von Egolvingen*, *Her Hainrich von Stainbach &c.* unn ander getrewen Luote vil, daz dize Dinch diu hi geſchriben ſint, ſtät beliben, darumme geben wir diſen Brief verſigelt unn verfeſtent mit unſern Inſigel, unn antwortten in dem Goteshauſe ze ainen ewigen Urchunde und Wartzaichen immermer ze behalten.

Num. LXXV. Diviſio mancipiorum. An. 1295.

Ich *Heinrich von Smiechen* tuen kunt allen den die diſen Brief ſehent oder hörent leſen, daz ich oder mein Erben ſulen tailen gelich und eben, one alle Widerrede, aller diu chint diu Herre *Chuonrat der Reiter* von Owe gewint bey ſeiner Hausfrawen, Frawen *Helenen*, mit dem erſamen Herren, Herrn Otten dem Abte, und mit dem Convent ze Burren; darumbe daz ſi mir von ai guten Willen und meinen Erben habent gelichen ze rechtem Lehen, den genanten Herrn *Chuonraden von Owe* der ſei angehört. Und daz der Tail den vorgenenten dem Abbte und dem Convent zu Burren ſtet belibe und nicht zerprochen, darumbe haben wir

in gegeben ich und min Erben diſen Brief, der verſigelt iſt triulich mit minen Inſigel. Die Gezeuge die dabey geweſen ſint *Herr Chuonrat der Probſt von Pollingen*, *Herre Eberhart von Wilheim*, *Herre Engelſchalch von Wildenrode*, *Herre Hainrich von Tanningen*, *Herre von Eglingen*, und andere genuoge. Dirre Brief wart gegeben ze Weilheim, do von Gottes Geburtte waren geweſen zwölfhundert fiuonf und neunzechg Iar an ſant Columbanestag.

Num. LXXVI. Donatio Alberti de Bruckberg. 1296.

Ich *Alber von Prugperg*, thun kunt allen dien, die den Brief leſent oder hörent, daſs ich die Müle, die da heiſſet Chrempels Müle, die da ligt unter *Fuſſlain* mit allem dem Rechten, beſucht und unbeſucht, han gegeben dem Gotshawſe ze ſant Benedictenpäwrn für rechte aigen, zu rechten Seelgeräth, Ich und mein Hawsfrawe, Frawe *Sophie*; und von derſelben Müle ſol daſſelbe Gottshawſe nemen alle Iar zway Höner zu eine Urchunt, dieweil ich lebe: Nach meinen Tode ſol ſy dann dienen, und gehören mit allen Recht, als vorgeſchriben iſt. Darüber zwo huobe datz Windorff die mein aygen ſind, die han ich gegeben durch mein Seele Willen, und aller meiner Vodern demſelben Gotshawſe zu ſant Benedictenpäwrn, alſo: welche mein Erben, dieſelben zwo huben wellen löſen, der ſoll ſy löſen umb zwainzig Pfund Munchner Pfenning. Ich ſoll auch haben die vorgenanten Gütter, dieweil ich lebe in meiner Gewere. Das vorgenant Gotshaws, das ſol mich nemen, wen ich ſtärbe hie diſſait Pehaimer Walde, und hie diſſait Lamparti, wo ich da ſtärbe: welchen Schaden das Gotshawſe des nimpt, und darzu meiner *Vigilde*, das ſoll es haben auf alle die Habe, die ich hie laſſe. Wer mein Gutt erbet, der ſoll auch denſelben Schaden erben. Daſs dem Kloſter zu ſant Benedictenpawrn das vorgeſchriben iſt, ſtätte beleibe, darum gib ich diſen Brief verſi-

gelt,

gelt, und verfeſtent mit meinem Inſigel. Dyſes Geſchäffte iſt Gezeug: *Her Oth der Wolffram, der do war Prior, der Her Seifrid, der Her Ulrich der Altchircher, der Her Gebhart, der Her Perchtold der Heuſerer, der Her Hainrict der Paſinger, der Stainpacker, Jordan von Antorff, Heinrich ſein Pruder, Ott Gebelſpeck, Chunrat der Probſt, Seifrid von Antorff, Perchtold der Sper, Ulrich der Paſinger &c.* Diſer Brief iſt gegeben nach Gaburte yber zwölf hundert Iar, und yber ſechs und neunzig Iar, in die S. Barnabe Apoſtoli.

Num. LXXVII. Canipa in Inſpruck. 1298.

In nomine Domini Dei eterni, Amen. Nos *Otto* Dei gratia *Dux Karinthie, Comes Tyrolis & Goricie*, Aquilegienſis, Tridentine & Brixinenſis Eccleſiarum Advocatus profitemur per hec ſcripta, & univerſis inſpectoribus preſentium volumus eſſe notum: quod donationem, quam bene memorie Dominus *Minhardus Dux Karinthie* noſter genitor, in remedium anime ſue & anteceſſorum ſuorum fecit Monaſterio ſancti Benedicti in Bouren Dyoceſis Auguſtenſis de una *Canipa* & eius fundo, ſita in Burgo noſtro *Inſprukke* prope murum eiusdem civitatis, cui ab uno coheret domus *Dyemudis* relicte quondam *Chounradi Plomſchilti*, & ab alio domus & area *Alhaidis* relicte quondam *Blumberii* civium in *Inſprukka*; ratificavimus & confirmavimus, atque auctoritate preſentium confirmamus: dantes & donantes antedicto Monaſterio in Bouren & fratribus ibidem Deo ſervientibus predictam canipam & fundum, in quo ipſa conſtructa eſt, pro libero & expedito *Allodio* tenendam & iure proprietatis perpetuo poſſidendam. Ita tamen quod Prelati & procuratores ſive proviſores prenominati cenobii non debeant vel preſumant ſuper ipſam canipam facere edificium vel ſtructuram, niſi forte ſimplex tectum ſupra ipſam canipam immediate depreſſum, quo eadem canipa ab ymbribus tueatur: ſed

nos & cives noſtri in *Inſprukka* poſſimus conſtruere & edificare, quidquid volumus, ad firmitatem & defenſionem predicte noſtre civitatis in *Inſprukka* ſine omni contradictione Prelatorum aut fratrum ſive aliorum factorum vel procuratorum Eccleſie prenotate. Promittimus etiam hanc noſtram donationem ſemper ratam & firmam habere &c. Actum & datum in *Inſprukka* in preſentia fidelium noſtrorum *Heinrici de Rottenburch* Magiſtri noſtre curie, *Utionis de Matern* Iudicis in *Inſprukka*, *Griffonis de Matray* militum, *Heinrici de Uffenſtein*, *Heinrici* noſtri prepoſiti in *Inſprukka &c.* Anno Domini MCCXCVIII. die quarto decimo intrante Aprili indictione XI.

Num. LXXVIII. Conſenſus Principis in venditionem. 1299.

Nos *Rudolfus* Dei gratia *Comes Palatinus Reni Dux Bavarie*, notum facimus quod cum *Ortolfus* dictus Göt Domino venerabili Abbati & Conventui Monaſterii in Beurn ordinis S. Benedicti Auguſtenſis Dyoceſis, predium in *Menzinge*, ipſum titulo proprietatis reſpiciens, per manum & conſcientiam noſtram vendiderit pro certa pecunie quantitate: ad venditionem huiusmodi pro nobis & illuſtri *Ludowico* fratre noſtro kariſſimo, noſtrum quatenus noſtra intereſt adhibemus conſenſum voluntarium & expreſſum; renuntiantes pro nobis & dicto fratre noſtro preſentibus omni iuri, quod nobis advocatie nomine competit aut poſſet competere in predio pernotato: dantes eas noſtro ſigillo munitas, in teſtimonium pro eo. Datum Monaci anno Domini MCCXCIX. proximo Sabbato poſt feſtum purificationis beate Marie Virginis.

Num.

Num. LXXIX. Advocatia Iringorum. 1303.

Ich *Otto von Iringeſpurch* vergiche und tun kunt an diſem Brief allen den, die in ſehent oder hörent leſen, daſs ich von ainer Hube datz Pontingen von ainen Aigelin datz Oſthoven, von ainen Aigelin datz Gerütt, und von zwaien Swaigelinen datz Wiſen, die der erſammen Herrn, meines Herrn des Abbates und des Convents datz ſant Benedictenpewrn, ſint aigentlichen und unvogetper Sin; und die ſy mir entpfelchen han, und meinen Sun *Wiknont* von Gnade und von Trewen, von chainen Rechte, daſs ich ſi beſchirmen ſoll mit allen Trewen: als ein getrewer Pfleger, und ein Vogt nicht mer nemmen ſöll ze minen Recht, dann von der vorgenanten Hube ain Galbey Habern, und drey Höner, und von dennen Schwaielinnen von iedweder vier Höner, und Nichtes nicht mer allew Iar. Und tät ich und odermein Sun, der vorgenamet iſt, icht anderſt denn gehaiſſen und verſchriben iſt, ſo haben ſi vollen Gewaltt ainen andern Vogt ze nemmen, wer in darzu gevallet on alle Widerſprache. Daſs in das ſtätte und unzerprochen beleibe, darumb hab ich und mein Sun in diſen Brief geben, geveſtent und verſigelt mit meine Inſigel, das daran hanget. Do das geſchach, da waren von Gottes Geburt tauſent Iar drey hundert und in den dritten Iar, an den Montag nach mit-ter Vaſten.

Num. LXXX. Remiſſio juris advocatitii. 1311.

Wir *Ludweich* von Gots Gnaden Pfallentz-Graf bei dem Rein und Herzog in Baiern veriehen, und tun chunt allen den, di diſen Brief ſehent oder herent leſen, daz wir an haben geſehen den grozzen Gebreſten, den daz Gotshus ze ſand Benedictenpavvren geliden hat, und auch noch leit, und haben demſelben Gotshaus darumb, daz es deſt baz wider chomen mug,

di ſundern Gnad getan, aus ſwelhen Guet oder Urbar das vorgenannt Gotshaus ſeines Gelt entberen mues, an Gevaerd: daz wir als lange unſers Vogt Rechtes enbern wellen von demſelben Gut, und im darnach, und vil der Gult abget, als darnach wollen wir unſers Vogt Rehtes enbern. Davon wollen wir, und gebietem ez auch veſtigleich allen unſern Amptlæuten, daz ſi daz oft gnant Gotshaus wider dis Gnad mit nicht beſweren noch bechrenchen. Und ze Urchunt geben wir im diſen Brief mit unſerm Inſigel verſigelten. Datum Friſinge anno Domini MCCCXI. proxima feria ſexta poſt diem beati Andree Apoſtoli.

ſem offnen Brieffe. Daſs uns anheut Dato, die wurdigen in Gott und andechtigen unſere liebe gethreue, *Leonhard* Abbte, und gemeines Convent, unſers Chloſters Ettal, etliche Brieff und Confirmationen, ihrer von weiland unſern geehrten Vorfahren römiſchen Khayſern, Königen und Furſten aus Bayrn &c. milter Gedechtnus, erlangten Handveſten, Privilegien und Freyheiten fürtragen, und diemüetigiſt bithen laſſen, daſs wür als ainiger regierenter Landsfürſt, und Erbherr Inen dieſelben ebenfals genedigiſt confirmiren und beſtätten wolten. Wan wir Inen dan mit Genaden vorders gewogen, und ihr underthenigiſte Bith nit für unzimblich erachten, als haben wir ob angeregte ihre Handtveſt, Privilegia, Freyheiten, Recht, loblich gueth Gewohnheit und Herkomen gnedigiſt confirmiert, vergundt und beſtätiget: thuen derowegen hiemit wiſſentlich in Chrafft dis Brieffs, und wellen, daſs ſie dabey bleiben, und gehalten werden. Schaffen und gebiethen darauf allen und ieden unſern Landthofmaiſterr, Hofraths Preſidenten, Vizthuemben, Stathaltern, Haubtleuthen, Rentmaiſtern, Pflegern, Richtern, Caſtnern, Zollnern, Mautnern, und allen anderen unſeren Ambtleuthen und Underthonen, hiemit ernſtlich, daſs ihr ſie bey ſolchen allen, und ieden vorberüertermaſſen handhabet, ſchüzet und ſchirmeth darwider keinen Eintrag noch Handlung wiſſentlich fürnemet: noch ſolches Iemants andern zu thuen geſtattet bey Vermeidung unſerer ſchweren Straff und Ungnad; deſſen wellen wir uns endtlich verſechen. Zu Uhrkhundt haben wür diſen Brieff mit aigner Handt underſchriben, und unſer Secret Inſigel hieran ze hangen befolchen. Geſchehen in unſerer fürſtlichen Haubtſtath München den vierzehenten Monats Tag Februari, als man zahlt nach Chriſti unſers lieben Herrn und Seeligmachers allerheiligiſten Geburde, im MDCIX. Iar.

MONU-

MONUMENTA WESSOFONTANA.

PRÆFATIO.

Weſſenbrunn, ſive Weſſofontium, nobile ſodalium D. Benedicti monaſterium, medio fere inter Schongaviam atque Wailhemium oppida itinere, ad rivulum Rotam, qui haud longule ex hoc loco in Ambronem fluvium influit, ſitum, Tetrarchiæ Monacenſi accenſetur.

Origines Weſſofontanas inveſtigandi compendium nobis fecit P. R. P. Cœleſtinus Leuthner, Monachus hujas, erudito opere *Hiſtoria Monaſterii Weſſofontani* ante hos tredecim annos typis evulgata. Eruit eas vir plurimi ſudoris ex monumentis domeſticis iisque vetuſtiſſimis, cum monumentis Benedicto-Buranis & ſant Emmeram-

nenſibus collatis: docuitque illas deberi Thaſſiloni Bajoariæ Duci, atque Lantfrido Burenſium Abbati ac Archimandritæ, qui ſtudio communi fundamenta aſceterii nobiliſſimi poſuerunt circa annum DCCLIII.

Incrementa Weſſobrunnæ, caſusque, ac fata legere eſt apud Leuthnerum. Bibliothecam codicesque manu Diemuodis; quæ ſeculo XI. ad finem vergente in clauſtro ſanctimonialium Weſſofontanarum claruit; affabre depictos, præter Leuthnerum commendat Bernh. Pezius. Et nos ſane in ſtuporem rapuit vis ingens atque elegantia codicum, quibus effingendis vix trium quatuorve hominum ætatem ſuffeciſſe diceres, unius puellæ ſtudio deſcriptorum. Neque vero absque voluptate maxima tractavimus volumen aliud venerandæ antiquitatis, quippe ſeculo VIII. ſuppar, in quod Auctor anonymus variam ſui ævi eruditionem, rudi quidem ſtilo congeſſit; a nobis, quantum ad rem noſtram faciebat, publica luce donandam. Meminit B. Pezius, quem nominaſſe encomium eſt, *codicis chartacei, quantivis pretii, diverſa Hiſtoriæ Auſtriacæ, quin & Bóicæ, monumenta oſtentantis; at litturis continentibus adeo fœdati, ut vir ſtudioſiſſimus Hieron.* Pezius, *vix quidquam certi exinde extundere potuerit.* Verum enim vero licuit nobis eſſe felicioribus: Terimus modo manibus hunc ipſum codicem, cura intentiſſima, nec ſine gravi oculorum diſpendio, plane atque omnino tranſcriptum; nempe Chronicon

nicon autographon Johannis Victorienſis, egregiæ frugis plenum: cui ſubjuncta eſt in fine curatior eorundem annalium epitome, quam ſub rubro *anonymi Leobienſis* vulgavit Hier. Pezius.

Tabularium Weſſofontanum variis cladibus miſere vaſtatum, haud quicquam fere litterarum antiquiorum ſervaſſet, niſi Stephanus Leopolderus aſceta hujas, ſub initia ſeculi XVI. plurima inſtrumenta chartasque, quorum exempla poſtea perierunt, in unum volumen congeſſiſſet, quod hodieque ſupereſt, inſigne Weſſofontanorum noſtrorum cimelium. Præcipuas, in hac ſuppellectile litteraria, partes omnino tuetur nobiliſſimus Codex Traditionum, in quo tamen deſcribendo graviter impegit Leopolderus, nempe rebus monaſterii potiſſimum intentus: dum nomina teſtium cuivis donationum formulæ annexa, compendii gratia, ſubinde omiſit. Primæ inter monumenta noſtra ſunt iſtæ, ſervatæ de naufragio, tabulæ; quas ſequuntur excerpta nonnulla ex codice ſuperius allegato: agmen vero omnium claudunt diplomata miſcella, maximam partem ex Autographis ipſis, paucula ex ſchedis Leopolderi deſumta.

Jam vero nil ſupereſt quam ut publice profiteamur quanta fuerit Reverendiſſimi Abbatis *Udalrici* in nos benignitas, quam non vulgare gratificandi ſtudium: ita quidem ut ipſum præcipuis operis noſtri fautoribus jure optimo maximo, menteque gratiſſima accenſeamus.

Series RR. Præſulum Weſſofontanorum ex Monumentis Authenticis.

Lantfridus Archimandrita an. 753.
1. Ilſungus el. 758. † 799.
2. Adelmarus † 830.
3. Raimundus † 874.
4. Adelhelmus † 886.
5. Snello † 904.
6. Hatto † 906.
7. Sigimarus . . . .
8. Benedictus I. † 943.
9. S. Thiento † 955.
Deſtructio monaſterii.
a) Ruthardus Præpoſitus.
b) Sigimarus Præpoſ.
c) Germanus Præpoſ.
d) Guntherus Præpoſ.
e) Hartmannus Præpoſ.
f) Anſelmus Præpoſ. circa 1040.
g) Sintpertus Præpoſ. † 1060.
Reſtauratio monaſterii.
10. Adalbero el. 1065. † 1110.
11. Sigehardus † 1128.

12. Adal-

12. Adalbertus I. † 1129.
13. S. Waltho † 1157.
14. Norbertus de Weilheim † 1160.
15. Lantoldus † 1165.
16. Conradus I. † 1166.
17. Udalricus I. † 1172.
18. Sigibaldus † 1200.
19. Albertus II. † 1220.
20. Conradus II. de Menchingen reſ. 1243.
21. Walchunus reſ. 1254.
22. Otto † . . . .
23. Udalricus II. † 1260.
24. Conradus III. dep. 1276.
25. Wernherus I. † 1281.
26. Udalricus III. Moſer reſ. 1286.
27. Marquardus reſ. 1306.
28. Gebhardus . . . . . .
29. Udalricus IV. Taininger dep. 1323.
30. Wernerus II. de Greatt † 1364.
31. Paulus † 1384.
32. Udalricus V. de Hohenkirchen reſ. 1414.
33. Eberhardus de Greiffenberg † 1416.
34. Petrus I. † 1420.
35. Fridericus Stettner dep. 1432.
36. Urbanus reſ. 1438.
37. Udalricus VI. Stoecklin † 1443.
38. Leonardus I. † 1460.

39. Pau-

39. Paulus II. † 1486.
40. Johannes reſ. 1493.
41. Petrus II. dep. 1498.
42. Heinricus reſ. 1508.
43. Caſparus † 1525.
44. Wolfgangus I. † 1532.
45. Benedictus II. † 1562.
46. Leonardus II. † 1572.
47. Gregorius I. † 1589.
48. Benedictus III. † 1598.
49. Georgius † 1606.
50. Gregorius II. † 1655.
51. Bernhardus † 1666.
52. Wolfgangus II. † 1671.
53. Leonardus III. † 1696.
54. Virgilius † 1706.
55. Thaſſilo † 1743.
56. Beda † 1760.
57. UDALRICVS VII.

Mona-



MONUMENTA WESSOFONTANA.

CODEX TRADITIONUM.

Num. I. Sub Abbate Ilſungo. c. 760.

Notum ſit omnibus Chriſti fidelibus, quod *Tazzilo Rex Bauvariorum* tradidit villam Risbach, in qua ſepulta eſt *Sancta Wolfſindis Virgo & M.*, *ad Wezzinbrunen* ad altare Sancti Petri, omnis cenſus predii nomine Routi & locorum ad idem pertinentium, id eſt pecorum, tritici, mulcii, panum, altilium, ovorum, lini, ac omnium ad cenſum pertinentium, fratribus ibidem Deo & S. Petro ſervientibus: qui Rex primitus congregationem Wezzinbrunenſem cum prediis ſuis in Auguſtenſi regione ſitis, Deo, & Sancto Petro Apoſtolo conſtituit.

Ad emendum Oleum, quinque vini carade pertinent, & duo talenta quorum unum a celerario, alterum detur a prepoſito. Servis in foro miniſtrantibus XXII. ſex talenta pro remuneratione ſunt deputata: de Poule ſumantur ſex ſicli, de Achſelſchwang tres ſicli, de Pele ſeptem ſicli exceptis decem denariis, de Sliten tres ſicli & X. denarii, de Hungerwinchele denarii triginta, de Eberhersriet talentum dimidium, que collecta ſummam explent trium talentorum. Deinde due vini carade & talentum de Niderhoven; ad ſalis emptionem duo Manſi iuxta Halle: ad Duncholſen & ad Hochenmos, Graſſe, Mendilberch, Nouware. Ad cameram hec pretinent, predium Biberbach, Wolmoutſache, due vinee ad Rinnenbach, predia ad Prunen, Goutingen, Menzingen, Molahe, Sentlingen,

gen, & preterea quidquid, in illa prepoſitura trans fluvium Iſaram poſſidemus, preter decimam ad Reyſpach & Haſelach talentum unum: cetera celerario remaneant.

Num. II. Sub Præpoſito Sintberto. c. An. 1050.

Omnibus litterarum ſophiſmate peritis notum ſit, quod Durinch nobilis presbiter Albaratam ancillam ſuam cum fratre ſuo Cuntherico per manum *Rutolfi ad Wecinesbrunen* ad Altare Sancti Petri Apoſtoli tradidit. Iſti ſunt teſtes, *Otto*, *Heinrich Roudpreht* *Adalgoz*, *Engilprecht*, *Roudarich*.

Notum ſit omnibus Chriſti fidelibus, quod quedam mulier nomine Wazila propriam ancillam nomine Gepa cum tribus pueris eiusdem ancille, preſente & annuente Wernhero, cuius ancilla quondam fuit eadem Wazilla, tradidit Eccleſie beati Petri ad Wezzinesbrunen: ea conditione, ut unum quodque eorumdem mancipiorum ſingulis annis quinque denarios de capite ſuo fratribus in predicto loco Domino ſervientibus perſolvat. Iſti ſunt teſtes *Razzo Oudelrich*, *Annalpreht*.

Omnes Chriſti fideles noverint, quod quidam nobilis vir nomine *Volckmar* tradidit ancillam ſuam nomine *Sophiam ad Wecinesbrunen* ad altare Sancti Petri Apoſtoli, *cum jure ſummorum* qui ibidem ſervi ſunt eiusdem Apoſtoli: pro dilectione ipſius *Sophie*, & ut ipſe gratiam Dei ſanctique Petri Apoſtoli acquireret. Hi ſunt teſtes nobiles per aurem tracti, *Hartman*, *Adalpreht*, *Pereuuart*, *Routpreht*, *Durinch*, *Megingoz Weriant* manuliber. Iſti ſunt teſtes ſervi Sancti Petri Apoſtoli, *Ecgolf*, *Hartman*, *Waltfrit Luitpolt*, *Engilmm*, *Adalman Purchart*. Anno Dominice Incarnationis Mill. LVI. Indict. X. fer. IIII. luna XX. XI. Kal. Nov. in dedicatione Altaris eiusdem, primo anno *Heinrici* Regis IIII. traditio facta eſt.

Num.

Num. III. Sub Abbate Adalberto. An. 1065. — 1111.

Notum ſit omnibus Chriſti fidelibus, quod quedam vidua nomine *Hademudt* tradidit S. Petro tale predium, quod in Giſenberch habuit cum omnibus redditibus in proprietatem fratrum, pro remedio anime ſue & parentum ſuorum: teſtes nobiles *Hartmanus de Rota*, *Pernhart de Wilcheim*, *Fridericus de Linowe*, *Rutpertus de Tagidineſwanch* & alii.

Noverint Chriſti fideles, quod quidam nobilis vir nomine *Otwinus* tradidit S. Petro tale predium, quod habuit ad Rubes per manus *Ratoldi de Morlibach* pro remedio anime ſue. Hi ſunt teſtes *Pertholt de Stouphen*, *Wolfram de Buran*, *Engilmar & Donchmar Fratres eius de Sibichenhuſen*. Partem quoque dedit tertiam Eccleſie quam habuit ad Horſtaningen, que eſt in honore S. Martini. T. ut ſupra.

Notum ſit omnibus Chriſti fidelibus, quod quedam nobilis femina nomine *Hazecha* tradidit S. Petro tale predium, quod ad Pergen habuit, pro remedio anime ſue, & viri ſui Perchtoldi. Huius traditionis ſunt teſtes nobiles *Engilde de Hurnein*, *Chuno de Seveld*, *Chuno de Holzhuſen*, *Reginhart & Werinhart de Eglingen*, & alii plures.

Eadem die & alia nobilis femina nomine *Bertha*, tradidit ſuper altare S. Petri tale predium, quod habuit ad Kaltpruppen pro anima ſua, & viri ſui *Friderici*. Teſtes ſuperius nominati.

Noverint Chriſti fideles, quod quidam nobilis vir, nomine *Richere* cum uxore ſua *Giſila*, tradidit S. Petro tale predium, quod habuit *Ephenhuſen* in prebendam fratrum per manus *Adelberonis de Morlibach*. Teſtes *Adalpertus de Rota*, *Fridericus de Linowe*, *Rudolph de Owolteſa*, *ipſe Richere & filius eius Conradus*.

Noverint item omnes Chriſti fideles, quod quidam liber homo *Hartnit* cum uxore ſua, nomine *Dietburga*, predium quod habuit in villa, que vocatur *Huſen*, tradidit ad altare S. Petri, pro remedio anime ſue & uxoris ſue, ac omnium parentum ſuorum. Teſtes *Egitolf de Machtolſingen*, *Luipolt de Walde*, *Marckwardus de Owingen*, *Hartwicus de Oſinwangen*, & alii tres.

Noverint Chriſti fideles, quod quedam nobilis femina *Bertha* nuncupata uxor cuiusdam *Adalperti de Otingen* miniſterialis Ducis, talia predia, que habebat ad *Poxinhuſen*, & ad *Varolteshuſen*, & ad *Mahelberch*, dedit ad altare S. Petri per manus cuiusdam nobilis hominis *Hugonis* dicti *de Reimunteshoven*, pro commutatione prediorum, que erant ad *Gunzilhofen*, & ad *Pachman*, que ad eundem S. Petrum pertinerunt. Teſtes *Reginolt de Penningen*, *Heinricus de Rute*.

Notum ſit omnibus, quod quedam nobilis femina dicta *Beatrix* manſum unum propria pecunia emptum, in villa *Uſingen* ſitum, ad altare S. Petri tradidit per manum *Pertoldi de Stoufen*. Teſtes *Adelpertus de Rota*, *Hartwicus de Boſinhuſen*.

Num. IV. Sub Abbate Sigehardo ab a. 1111. — 1138.

Notum ſit omnibus Chriſti fidelibus, quod quidam miniſterialis *Heinrici* Ducis, nomine *Ludewicus*, dedit dimidium manſum ad *Boule*, per manum predicti Domini ſui ſancto Petro, ea conditione, ut ſi unquam devenerit in beneficium laicorum, proximus eius heres ſibi recipiat. Teſtes *Gozzolt de Steinbach & Richere*.

Noverint omnes ex aqua & ſpiritu renati, quod quidam liber homo *Conradus* nomine *de Holzhuſen* delegaverit predium, quod habuit ad *Riderowe*, partem in manus *Oudalſchalchi de Mai-*

ſache

ſache, partem in manus *Waltheri de Egelingen*, eo ab eis delegandum, quo ipſe rogavit. Qui precibus eius annuentes predium idem delegaverunt ſancto Petro & fratribus Wezzinsbrunnenſis Eccleſie, ea condicione, ut ipſe predium *Widenpach* haberet, Abbate *Sigihardo* ſibi concedente, tantum ad vitam ſuam, & filii ſui, *quem de tali Coniuge generaret, que ſue nobilitati concordaret.* Huiusmodi traditionem ſuſceperunt, Dux videlicet *Heinricus & advocatus Werinhardus*, ac teſtes effecti ſunt, cum filiis ſuis *Wernhero & Purchardo. Udalſcalcus* vero & *Waltherus* mutue delegacionis viciſſim teſtes ſunt facti: *Wolſtrigil de Berga*, *Henricus de Steinepach*, *Hartwicus de Meiſake*, *Dietmar de Stophe*, & alii. Poſtmodum penitentia ductus, ſuper hac conditione, id quod prius ſancto Petro mancipavit, ſue dicioni retraxit, aſſerens diſtractionem factam eſſe verſus conceſſi ſibi predii. Sed hec cauſa ſepius coram Duce *Heinrico* & advocato *Wernhardo* ventilata, hac conditione finem accepit: Ut ipſe *Conradus* predium ad *Widenpach* in manus Abbatis *Sigihardi* & advocati *Werinhardi* redderet, & aliud ad *Aſcalwanc* ad ſolius vite ſue terminum reciperet; eo pacto, quod nec predium, nec colonos ulli hominum in beneficium accomodaret, ſed ipſi eundem redditum ſibi ſolverent, quem & fratribus Wezzinsbrunenſis cenobii; ac myniſterio Principis Apoſtolorum predium ad *Riderowe* absque litigio ſui, & omnium hominum perpetuo permaneret. H. r. t. ſ. XI. perſone.

Num. V. Sub Adelberto II. a. 1128. — 1130.

Noverint Chriſti fideles, quod Dominus *Welfo* Dux Bavariorum predium quoddam ad *Wezzinbrunen* pertinens in *Erphetingen* ſitum, conſenſu *Pabonis* eiusdem loci advocati violenta manu abſtulit. & cuidam *Cunrado* Auguſtenſi miniſteriali, ſine voluntate tam Abbatis, quam fratrum, iure proprietatis tradidit: que iniuſticia per *Adalberonem & Segihardum* Abbates eiusdem loci tam apud

Reges, quam apud Duces multis querimoniis ventilata, nullo modo finiri potuit, ſupradicto *Conrado* usque ad obitum incaute diligente, quod ab iniquis inique poſſederat. Quo defuncto filius eius *Conradus* inſtinctu Dei tactus, quod pater male invaſit, hac compoſitione per ſupra dictorum Abbatum ſucceſſorem *Adelpertum*, in preſencia Domini *Heinrici Ducis & Wernhardi* advocati, utcunque reſtituit, dimidio manſo apud *Winchelen* cum V. talentis tradito. H. r. t. ſ. hii: Ipſe *Dux*, & *frater eius Welfo*, *Wernhardus & filius eius W. Gebehardus de Hitenburch*, *Sigibotto de Poula*.

Num. VI. Sub Abbate Waltone. 1130. — 1156.

Omnium fidelium memorie commendamus, quod quidam *Pernhardus de Wilheim* nobilis homo curtem in *Auulinges* cuidam *Pennoni de Riſſenſtein* pro VIII. talentis inpigneratam Deo & S. Petro fratribusque in *Wezzinsbrunnen* tradidit pro amore filii ſui *Nortberti* Auguſtenſis Canonici ibidem ſeculo abrenuntiantis. H. r. t. ſ. *Aribo de Wilheim*, *Arnolt*, *Gebino filius Pernhardi & frater Nortberti*, *Volmarus*, *Sigifridus*, *Rudigerus*, *Lantfridus*.

Omnium fidelium memorie commendamus, quomodo *Werinhardus nobilis de Stauffen*, Eccleſie Wezzinsbrunenſis Advocatus, pro dilectione ſororis ſue Richinſe, quam ipſe ſpirituali vite in eodem loco tradiderat, nec non pro redemptione anime tam ſue, quam parentum ſuorum predia, que ad Hohenmoſs & Durcholſen iuſte poſſiderat, cum manibus uxoris ſue & fratris ſui ad altare S. Petri tradiderit cum mancipiis eiisdem poſſeſſionibus attribulatis, fratrum inibi Deo ſervientium uſibus perpetuo profutura. Coram teſtibus in numero XIII. viri.

Omnibus Chriſtum profitentibus notum eſſe volumus, quia Dominus *Heinricus* nobilis *de Stauffen* advocatus Wezzinbrunenſis mul-

multa inſtantia, per Abbatem *Woltonem* & fratres Eccleſie noſtre obtinuit, quatenus ei manſus unus in *Gezines* ad vitam ſuam permitteretur, cuius loco ipſe in *Kozenkuſen* manſum unum beato Petro fratribusque delegavit: adiecta illa conditione, ut poſt eius obitum *Gezines* nihilominus in prebendam fratrum, remota contradictione, reverteretur. Coram VI. teſtibus.

Omnium in Chriſto credentium memorie firmiter inherere cupimus, quod quedam nobilis femina *Giſala* nomine *de Seveld* predia ſue proprietatis *Bibirbach*, *Brunen*, *cum Hoinron*, *Rinnenbach*, *Tangrebin*, *Wolmoutſahe*, *Guttingen*, ſancto Petro, nec non in *Wezzinsbrunnen* Deo militantibus poteſtativa manu tradidit eo tenore, ut predia, que a marito *Huholdo* ei provenerant, Advocatum ſemper habeant ſeniorem ſtirpis illius, & de eisdem ſi quid videbitur forte vendendum; neminem contingat emptio extra eandem ſtirpem alicui. Cuius traditionis hii teſtes fuerunt: *Heinricus de Stouphen*, *Wolftrigel de Perge*, *Hartmanus de Willibургerieth*, *Adelbertus de Grunharſthoven*, *Gotebolt de Rute*, *Hiltebrant de Morewis*, *Geroldus de Seveld*, *Udalricus de Tadinſiwanc*, cum aliis XIIII.


Matre vero predicte Giſile huic delegacioni contradicente, prediumque Biberbach in ſuum ius vendicante, venerabilis Abbas eiusdem loci *Walto* nomine, ſapienti uſus conſilio talenta decem cum caballo preſtantis forme eidem Domine obtulit: eo pacto, ut proprietate predicti predii publice ſe diſveſtiret omnemque metum exactionis ex parte ſui impoſterum fratribus aufferret. Illa ergo petitioni fratrum libenter annuens, uſum ſepedicti predii cum manibus filie ſue ad altare Sancti Petri delegavit. Cuius rei hii teſtes fuerunt, *Wolfrigil de Perge*, *Heinricus de Stouphen*, *Udalricus de Wichfrideshoven*, *Adelbertus de Grunhartshoven*,

Gote-

Goteboldus de Rote, Sigibotto de Grizzenpach & filius eius Conradus Hiltebrand de Moremwis, Conradus de Ambingen, & frater eius Oudalſcus, Otto de Huſin, Heinricus de Uſſingin, Sigibotto de Bitingowe,

Poſtmodum vero *Ludewicus* quidam de *Otingin*, avunculus ſepedicte Giſile temerario auſu prenominatum predium in ſuam dicionem contraxit, & ad cumulum iniquitatis ſue conſiliis allectus Aiſtetenſis Epiſcopi, fratribus Plancſtetenſis cenobii quod in eiusdem Epiſcopo ſitum eſt id ipſum predium tradere promiſit, peccunia centum talentorum ab eis accepta. Taliter ergo Wezzinprunenſes fratres poſſeſſione ſua ſpoliati tam diu clementiſſimum Principem Dominum *Chunradum* Regem aſſiduis interpellabant queremoniis, donec ipſius conſilio cum predicto Ludovico actum eſt: ut quadraginta talentis ipſius vice fratribus Plancſtettenſibus a fratribus Sancti Petri redditis, preſente Rege, predicti predii proprietate ſe diveſtiret ex parte ſua, Wezzinsbrunenſis ergo Abbas ſuadente Rege, licet ad preſens evidentia teſtium quos pro dirimenda controverſia ſecum adduxerat, ſe ſperaret evadere; tamen, ut ex omni parte ſuo cenobio libera foret eiusdem predii poſſeſſio, poſtulatam a *Ludewico* pecuniam ſe dare ſpopondit: ea condicione, ut omnes ſuſpiciones exactionis fratribus Sancti Petri ex parte fratris ſui & filiorum ſuorum aufferet; qui iure iurando promiſit, ut ſi non infra terminum unius anni id efficeret, centum talentorum regie maieſtati debitor exiſteret. Acta ſunt hec in regali Colloquio apud Norinberch habito anno ab Incarnatione Domini M. C. XLII. Indictione quinta, anno Imperii Domini *Konradi* regis quinto: preſentibus multis primatibus *Bauwarice* gentis qui etiam teſtes horum effecti ſunt. *Dietpoldus Marchio, Geberhardus Comes de Sulzpach, Prefectus Ratisponenſis Otto & duo filii eius Heinricus & Otto, Poppo Comes de Andechs, Erenestus de Hohenburch, Fridericus Ratisponenſis*

Ad.


Nº 2

Advocatus, *Conradus Comes & frater eius Arnoldus de Dachowe*, *Ludewicus Luppurch*, *Udalricus de Stain & Frater eius Conradus de Biburch*, *Adalbertus de Hollenſtein* cum aliis XXI. viris.

Noverint omnes divini nominis cultores, qualiter nobilis homo *Hartmanus de Williburgeriete* predia, que in hiis locis habuit videlicet Willburgeriet, Apfeldorf, Pernbach fratribus Sancti Petri pro XX. talentis ſibi dandis allegaverit, ut ſi prenominatam peccuniam infra quinque annos non reddiderit, fratres W. iure proprietatis predia prefata poſſideant nec ipſe infra terminum quinque annorum poteſtatem habeat aliquid ordinandi ſuper eisdem prediis, niſi prefatam peccuniam reddiderit, teſtes *Hartmanus Wernherus Wolvoldus*, *Waltherus Ozi*, *Conradus* cum aliis octo omnes de villa Ephach.

Sciant omnes Chriſtiane fidei profeſſores, qualiter quedam *Matrona Luicardis* nomine predia que in hiis locis habuit, videlicet Niderhofen & Walchopetern Wezzinsbrunenſi cenobio tradiderit, per manum *Dietrici de Rote*, pro ſalute anime tam ſue quam parentum ſuorum, & pro amore filiorum ſuorum *Heinrici*, & *Albrandi*, quos eadem die Monaſtice vite ſociavit coram teſtibus.

Omnium fidelium noticie commendamus, qualiter rogatu precibusque Ducis *Welfonis* Dominus *Walto* Venerabilis Abbas fratresque Wezzisbrunenſes ſuo in collegio Sigibotonem quemdam de Hunſoln ſuſceperunt, cum *Adalheid* uxore *Heinrici* fratris eiusdem *Sigibotonis* nec non & filiam ipſius *Heinrici*. Predium autem in Loudewiginſperge, quod fuerat de proprietate prefate *Adelheidis* Monaſterio Sancti Petri delegatum eſt, a memorato *Heinrico* & filio eius *Udalrico*, iuſſu & licentia prefati Ducis *Welphonis*. Teſtes *Udalricus Parochianus de Hunſoln*, *Hiltiprandus de*

Morenwis & Miles duo Hugo, Dicto Senior & Junior de Wilde Wi-nicendus de Richlingen, Arnoldus de Vindingin cum aliis multis.

Predia in Peckſteten & Rammingen obtulerunt Sancto Petro in Wezzinsbrunen Gonto famulus Ducis *Welfonis* cum fratre ſuo *Conrado de Stechaim.*

Dominus *Udalſcalcus* clariſſimi generis de *Waldenpach* peregrinationem transmarinam aggreſſus optulit Sancto Petro duo predia, videlicet Aiche & Plintencelle pro remedio anime ſue.

Udalricus miles cum uxore ſua *Hemma de Mulhuſen* dederunt Sancto Petro predia ad Mülhuſen & Waltershofen.

Hermanus de Sandorf famulus Ducis Welfonis tradidit Sancto Petro predium Holzpurg ſitum.

Hiltprandus de Morenwis cum uxore ſua *Irmigarda* dederunt Sancto Petro duo predia in locis Marhbach & Sandolhuſen.

Udalricus de Santow, famulus *Heinrici* Ducis Saxonie peregrinationem aggreſſus eſt transmarinam, hic obtulit ſancto Petro predium unum ad *Hauſen* ſive liberos genereret, ſive non.

Omnium fidelium tam preſentium, quam futurorum noticie pateat, qualiter nobilis quidam homo *Wernherus* dictus, predium ſuum, quod libere poſſederat in loco, qui dicitur *Poſſenhuſen*, libera & potenti manu Deo & ſancto Petro, & fratribus Wizzinsbrunenſibus contradidit ad perpetuum eorum uſum, ſine omni contradictione; ſoror quoque eius ſi quid poteſtatis habuit in eodem predio, conducto dimidii manſus precio, eiusdem predii legitime cum omni iure abnegavit, ſuam etiam partem ſi quam habuit, parti illius pleniter & integraliter *dellis verbis* ſuperaddidit. Cum autem predicti fratres idem predium in uſum ſuum

per

per omnia legitime contraxiſſent, annuali etiam immo longiori poſſeſſione cum quiete poſſediſſent, predicta ſoror *Werinheri* illius ignorans quod potuit, non quod debuit, memoratos fratres ſicut ſuum fratrem ſine ratione ſuper iuſta poſſeſſione predii illius inquiſivit. Fratres autem illi iure ſue legis, & cauſa quietis proprie, cum ex iure legis humane nihil haberent, quod ſibi reſponderent, ſuper iuſta annuali & legitima poſſeſſione eius iniuſtam querelam conqueſcuerunt, & quod ipſa ſimul cum filiis ſuis ſecundo iam & tertio *dictis verbis legalibus*, legitimam fecerit abnegationem predicti predii, quiſiti & inquiſiti precio talenti denariorum Auguſtenſium obtinuerunt. Cuius rei facti ſunt teſtes: *Heinricus de Stauffen*, *Deginhardus de Seveld*, *Egilolf de Wile*, *Hiltprandus de Morenwis*, *Ortolfus & frater eius Berchtoldus de Geernshuſen*, *Pero de Kwiringin*, *Ortolfus de Phetine*, *Heinricus de Uſſigin*, cum aliis XIIII.

Anshelmus nobilis homo *de Lechhouſen* dedit ſancto Petro predium unum ibidem queſitum & inquiſitum cum omni iure, & cum centum LX. mancipiis. Aliud predium, quod apud *Welmetſahs* poſſederat quiſitum & inquiſitum, tradidit eadem die cum omni iure ad predictam Eccleſiam.

Notum ſit omnibus Chriſti fidelibus, qualiter quedam femina propria Eccleſie *Tadiswanck* tradiderit Deo & Petro, fratribusque Wezzinsbrunnenſibus predium quoddam apud Mulehuſen ad perpetuum fratrum eorundem uſum atque ſolacium. Domino autem *Adalberto* tunc temporis apud *Rote*, & apud *Taidiswanck* parochiano, & aliis quibusdam hanc delegationem caſſantibus ac dicentibus feminam illam predium ſuum *alio non potuiſſe conferre, preter ad Eccleſiam cuius ipſa propria fuerit*, hoc inquam modo illis delegationem predictam caſſantibus, venerabilis Abbas eiusdem loci, *Walto* dictus, ſapienti uſus conſilio in conventu Au-

guſſenſi coram Epiſcopo *Waltherio*, & coram clericis ac laicis ſpecigium tale ventilandum atque ſedandum propoſuit. Iudiciario igitur iure hec ibi iuſticia adinventa eſt, & firmata, omnem virum vel feminam cuiuscunque Eccleſie proprium vel propriam predium ſuum licite ac libere poſſe conferre, illi Eccleſie cuius proprius vel própria fuerit; cum ſua Eccleſia, ſicut & maioris Eccleſie proprius aut propria predium ſuum itidem absque omni contradictione poſſit conferre illi Eccleſie, que propria eſt maioris: hac itaque iuſticia controverſia omnis illa finita eſt.

Notum ſit omnibus Chriſti fidelibus, qualiter quedam miniſterialis Ducis *Heinrici*, *Liukardis de Rawuſpurch* ſoror bone memorie *Gebezonis*, tradidit ad altare ſancti Petri predia duo ſuper *Ekke*, accepta ab Abbate *Woltone*, & fratribus XIIII. talentorum pecunia; que traditio eo tenore facta eſt, ut ſi infra terminum quinque annorum predicta Domina pecuniam Monaſterio redderet, predia illa ſibi in beneficium ad tempus vite ſue deberentur. Sin aliter, expleto illo termino annorum in proprietatem, & in uſum Monaſterii poſſeſſiones ille cederent: expleto itaque termino peccunia non reddita eſt fratribus, ſic predia manent usque hodie fratribus Wezzinsbrunenſibus. Teſtes huius traditionis: *Dietricus de Chufringen*, *Rapot de Ubingen*, *Udalſcalchus de Ambingen*, *Pobowin de Raiſſingeo*, *Arnold de Vindingen*.

Noverint omnes chriſtiane fidei profeſſores, quod quidam miniſterialium Ducis *Welfonis*, *Otto* cognomento *Rizzare* ſine filiis diem obiit: cuius beneficium in *Pirſewalde* due videlicet curtes, quas de manu predicti Domini ſui Ducis habuerat ipſo defuncto in poteſtatem eiusdem Domini ſui redierunt. Anno Incarnationis Dominice 1147. cum in expeditiones Hieroſolomitanam totus iam Romanus orbis coniuraſſet, predictus Dux *Welfo* expeditionem ipſam profecturus X. a fratribus Wezzinesbrunenſibus

ſius talentis acceptis prefatas duas curtes, una cum ſuis mancipiis, hoc eſt, *Eberhardo Wolf* & filiis eius, Deo & S. Petro in perpetuum ſervituras pro ſua anima, & omnium parentum ſuorum animabus poteſtativa manu delegavit. Cuius delegacionis aqud Ratisbonam in loco Stetten facte hii ſunt teſtes per aurem tracti: *Dominus Fridericus Dux Suevie*, *Comes Udalricus de Lenziburch*, *Comes Werinherus de Paden*, *Comes Puopo de Leche*, *Comes Rudolfus de Phullendorff*, Adalgatus advocatus Auguſtenſis, cum aliis VI.

Noverint omnes veritatis aſſertores, quod *Dux Welfo*, cum pro remedio anime ſue, tum etiam ductus dilectione, & affectu ſororis ſue Domine *Wulfhildis*, Monaſterio ſancti Petri tradidit predium, quod dicitur *Cheſſing*: cuius pars quedam in beneficium conceſſa eſt *Konrado Zandin* usque ad terminum vite ſue, ea condicione, ut nullus liberorum eius poſt obitum ipſius ex eodem beneficio quicquam ſibi vendicare quaſi pro beneficio preſumat.

Nec hoc lateat, quod quidam homo nobilis *Perenhardus de Weilhaim* ob amorem celeſtis vite nec non etiam affectu ductus filie ſue *Mathildis* tradidit predium Forchaim Sancto Petro in Wezzinsbrunen, & fratribus ibi Deo ſervientibus, quam eandem filiam ſuam intra ſepta virginum ibi manentium incluſit.

Nec hoc ſilendum cenſuimus, quod filius eius *Heinricus* ſeculo renunciaturus predium Barthinchirchen & predium Hetiningen ſepedicto Monaſterio legitima tradicione optulit, quam traditionem pater ſuus una cum fratribus ipſius ſtabilem & inconvulſam coram poſitis multis teſtibus firmaverunt.

Similiter pandimus cunctis, predium quod iam diu poſſedimus Barthinchirche ex ſorore noſtra *Adalheida de Morenwis* ro-

 gatu

gata noſtro delegatum eſſe in manus eiusdem miniſterialis de Friſinga Sancto Petro & fratribus Deo ſervientibus in Wezzinsbrunen fideli delegatione in perpetuum conſervandum, vel eandem delegationem ſi placuerit fratribus quocunque poterint, delegari, ubi vis delegationis paciatur.

Num. VII. Sub Abbate Norberto. Ab An. 1156 — 1160.

Notum ſit item omnibus Chriſti fidelibus qualiter *Ludewicus filius Ludewici de Otingen* infeſtatoris quondam noſtri, in predio Bibispach ſicut ſuper invenitur, qualiter inquam huius filius publicam fecerit abnegacionem prenominati predii & omnem motum, ac ſuſpicionem infeſtationis & exactionis fratribus Wezzinsbrunenſibus penitus abſtulerit, cuius abnegacionis fuere teſtes, *Dominus Dux Welfo*, *Pernhardus de Wilheim*, *Pernhardus Junior*, *Egino de Muſſe*, *Pertoldus de Perge*, *Dito de Raminsburch* cum aliis octo.

Agnoſcant cuncti ſacro Baptiſmate loti, qualiter *Dominus Welfo* tradiderit fratribus Wezzinsbrunenſibus predium quoddam in Morenwis ſitum, accepta ab eisdem fratribus peccunia X. talentorum, cuius traditionis hii fuere teſtes, *Hermannus & frater eius Heinricus de Rommingen*, *Konradus Stoezart de Schongowe*, *Konradus Zunde de Langinrieta*, *Udalricus Nagili de Unmindorf*. *Hiltiprandus* autem quidam miniſterialis prefati Ducis, qui idem predium habuerat iure beneficii ab eodem Duce, ut ipſe teſtabatur, ſed Dominus *Welfo* id penitus ita fore negabat, hic inquam *Hilteprandus* talis predii poſſeſſione privatus Wezzinsbrunenſibus fratribus graviter eſt indignatus, & per ſe & amicos ubicunque potuit, querimoniam de hoc habuit, diffamans ubique predio ſuo ab eisdem fratribus ſe eſſe privatum. Abbas autem tunc temporis Wezzinsbrunenſis cenobii *Norpertus* nomine, conſiderans hu-

ius

[illegible]ce modi famam ſibi & fratribus ſuis proſpere non fore ceſſatam, conſilio inito, querimoniam eius caritative conpeſcuit: denique vocavit eum & amicos eius in preſentiam Domini *Welfonis* apud Scongou ubi ibem *Hiltiprandus* publicam fecit abnegacionem ſupradicti predii accepta pecunia VI. talentorum a fratribus Wezzinsbrunenſibus, quorum III dedit Dominus *Welfo*, alia III. a parte Monaſterii perſoluta ſunt: teſtes *Hermanus de Ramningen*, *Dieto Friderici Burger de Ravinsburch*, *Hiltiprandus de Moreswis Cogvatus Zunde de Longwriete* cum aliis tribus.

Noverint omnes, qualiter quidam liber homo *Pertholdus* nomine cum filio ſuo *Rutberto* contulerit Eccleſie Wezzinbrunenſi predium proprietatis ſue apud *Wolfgrub* quiſitum & inquiſitum, ea ſcilicet condicione ut uſus predii ad elemoſinariam domum eiusdem Monaſterii perpetuo deſerviat, & ipſe cum filio ſuo inibi deinceps ſemper ſervetur: teſtes *Gotzbertus de Sliten*, *ex familia S. Petri Ludewicus Naſili*, *Otto magnus Henricus Prunſlus*. *Herimanus Piſcator Luithalmus*. *Dietricus Hengeſt*, *Gerunc de Paltherſcelle* cum aliis multis.

Item ſciant omnes, quod alius quidam liber homo de *Wolfgrub* predium, quod hereditario iure poſſederat in eadem villa Monaſterio Sancti Petri in Wezzinsbrunen tradiderit, ea iterum condicione, ut uſus predii ad domum elemoſinariam eiusdem Monaſterii ſemper deſerviat, & ipſe ibi temporali ſolacio ſuſtentetur, ad terminum vite ſue: teſtes *Udalricus de Bellemſwanc*, *Heinricus de Grute*, *Weriant de Riehilingen Wichart & Pernhart de Schalinswanc*.

Num. VIII. Sub Abbate Lantoldo. Ab An. 1160. — 1166.

Notum ſit omnibus Chriſti fidelibus tam preſentibus, quam futuris, quod quidem ſtrenuus miles, *Engilramus* dictus de *Bilenſtain* miniſterialis quondam *Engilberti* marchionis cognomento

albi

albi per manus filiorum ſuorum delegavit manſum in Odalboltingen Deo & Sancto Petro in Wezzinsbrunen fratrum ibi militantium Deo & uſui perpetuo profuturum, teſtes *Herrandus & filius eius Wolfherus*, *Gotiſcalcus* & alii octo.

Notum ſit cunctis Chriſti & ſacre religionis fidelibus, quod *Heinricus* advocatus noſter ab Abbate *Liutoldo* & fratribus Wezzinesbrunenſibus curtem in *Foringin* poſtulaverit, eo pacto ut XII. ſorores & duos ſacerdotes noſtre congregationis ibi adiecta omni domus ſue decima aleret & ſervaret: quod ita cautum eſt eo tenore, ut ſi ipſe infra duos annos propoſitum ſuum non expediret, curtis ipſa uſui fratrum ſine contradictione reverteretur. H. r. t. ſ. *Dietricus de Rieden*, *Sigeboto Krueg*, *Conradus de Grute*, *Sigfridus de Megilingin*, *Adalbertus Dapifer* & alii duo. Pateat univerſis, quod Dominus *Luitoldus* Abbas Wezzinsbrunenſis predium in Phlucdorf, *Dietrico de Tattinhovin* eo pacto conceſſit, ut ipſe illud nunquam inbeneficiaret, ſed poſt eius exceſſum ipſa poſſeſſio Eccleſie reverteretur, teſtes, *Heinricus de Uſſingin*, *Heinricus de Peſſinacher* *Wiriant de Richlingen*, *Henricus de Grute*.

Sciant omnes fideles, quod Dominus Abbas *Luitoldus Adalberto* cognomento Muſal predium in Puzze eo tenore conceſſit, ut quia culture expers diu locus iſte vacaret, a prefato viro diligenter excoleretur, & poſt eius mortem Eccleſie reverteretur. Poſt annos aliquos idem *Adalbertus* inconſultis fratribus, de quodam deſerto loco nomine Galkbrunen ſe intromiſit, quem fratres quandocunque volunt, habent repetendi facultatem. Teſtes conceſſionis predii Puzze, *Hartmannus de Wilheim*, *Sifridus de Rota* *Heinricus de Grute*, *Dietricus de Poule*, omnes homines Eccleſie.

Sciant cuncti veritatis profeſſores, quod miniſterialis quidam Ducis W. nomine *Otto*, tradidit S. Petro predium, quod habuit in Nidernhoven. Hanc autem fecit delegationem, cum

manibus

manibus ſororis ſue, denegationem legitimam utrique facientes eiusdem predii. Ipſi autem curtem unam Foreſten, que dicitur Lupi, ab Abbare, & a fratribus ſuſceperunt in concambio ad terminum vite utriusque, ſi non prius curtem ipſam Sancto Petro & fratribus Deo inſpirante remiſerint. Teſtes, *Heinricus Parochianus de Uſinwanch*, *Conradus*, *Heinricus*, *Wernherus fratres de Grute*, *Conradus de Williburgiriete* cognomento hab mir ſtill, *Conradus Man*, *Gozmarus Vachili*, *Geroldus*, *Sifridus Foreſtenſes* & alii multi de familia. Idem ipſe *Otto* tradidit ad altare Sancti Petri quatuor mancipia *filium & filiam ſuam*, *ſed tamen proprios* & alia duo, marem & feminam, que duo Mancipia ipſe recepit poſt traditionem ad terminum vite ſue, ſi non antea ſervituti fratrum remiſerit. Teſtes *Adalbertus Prepoſitus Advocati* cum aliis XI.

Item notum facimus Catholicis omnibus quod quidam homo nobilis *Walchun dictus de Stainbach* predium quod habuit in Pfaffinhovin Wezzinsbrunenſibus fratribus tradiderit pro ſalute anime tam ſue, quam parentum ſuorum. Ipſe autem poſt factam traditionem predium ipſum loco beneficii recepit ab Abbate Luitoldo & ab fratribus ad terminum vite ſue, ſi non prius inſpirante Deo id Sancto Petro remiſerit: poſt terminum vero vite ſue predium idem a fratribus integraliter poſſideatur; ipſe autem cenſum denarii annuatim ex eodem predio perſolvat, *in teſtimonium*. Teſtes, *Adalbertus de Judenhuſen*, *Fridericus de Uſſingin Heinricus & Wernherus de Grute*, *Geroldus & Sifridus Ducis villici*, & alii VII.

Noverint omnes Chriſtiane fidei cultores, qualiter quidam homo nobilis, *Hartmidus dictus de Stainbach*, predium tale quod habuit in Pfaffenhovin tradiderit Deo & Sancto Petro pro remedio anime tam ſue, quam fratris ſui *Hartmani* defuncti, cuius ea die funus exhibebatur, & omnium parentum ſuorum. Fecit autem

tem tradicionem cum manibus fratris ſibi *Walchunonis* ea die preſentis, qui & ipſe predium proprietatis ſue, quod habuit in Pfaffenhoven prius Sancto Petro tradiderat coram teſtibus.

Pateat noticie omnium fidelium, qualiter nobilis homo *Udalricus de Antorf* ipſo die, quo fratres eius occiſi ſepulti ſunt apud nos, tradidit ad altare Sancti Petri duo predia, unum in Maruta, alterum in Haga, pro remedio animarum eorundem fratrum ſuorum occiſorum, & omnium parentum ſuorum, ſalva ſibimet Advocatia eorundem prediorum. Teſtes, *Udalricus*, *Perucker*, *Arnoldus omnes de Antorf*, *Werinherus de Poule*, *Conraduh de Seveld* & alii quinque de eodem loco, *Rutbertus & Conradus fratres de Ledern* & alii multi.

Num. IX. Sub Abbate Udalrico. An. 1166. — 1172.

In nomine Domini ego *Oudalricus* gratia Dei Wezzinbrunenſis Abbas, cum univerſitate fratrum meorum, cunctis, qui hec legenda ſuſceperint, notum facio, qualiter in preſentia advocati noſtri & aliorum multorum cum *Oudalrico* Auguſtenſis domus villico maiore convenimus. Idem *Oudalricus* nobis & Eccleſie noſtre centum libras argenti obtulit, ea condicione ut nos ſibi & uxori ſue *Machtildi Carradas* vini X. ante feſtum Sancti Andree annuatim in domo propria Auguſte perſolvamus. Predia inſuper noſtra Perchoven, Marbach, Plintincella in pignore eidem Ov. poſuimus, ut quociens vinum ſterilitas anni vel aliud quodlibet infortunium denegarit, de uſufructu predictorum reddituum, ad inſtantem annum ille ſe intromittat. Et ſi forte uſum illum grando ut ſepe fit impedierit, ad prefatum beati Andree feſtivitatis terminum pro vino X. librarum argenti ſimus obnoxii. At ſi predictos redditus & grando percuſſerit, & vini fuerit facta ſterilitas, & decem quoque librarum non fuerit eſtimacio perſoluta, prefatus *Udalricus* pignus ſuum iam ex tunc quoad vivat, libere

fruen-

ſruendum ſine contradictione poſſideat. Preterea de hoc quoque convenimus, ut ſi ipſe *Udalricus* vita deceſſerit, VII. vini Carrade nobis conſtent & tres uxori ſue debeantur. Quod ſi ipſa prior excedat, III. nobis redeant, & VII. quoad vivat illi ſolvantur. Illud porro communi arbitrorum aſtipulacione cautum eſt, ut ſi nos facti quandoque penituerit, ſummam dati nobis argenti in nativitate Sancti Iohannis Baptiſte reddamus, ſitque ita verbum conventionis omne revocatum. Teſtes, *Heinricus & Hermanus de Rammingen* miniſteriales Ducis, *Heinricus Advocatus noſter*, *Udalricus de Santoue*, *Luipoldus de Manticking* & a. q. p. Prefatus inſuper *Udalricus* & uxor ſua predium Eccleſie noſtre, quod Cella nuncupatur data ſumma XL. talentorum auguſtenſis monete utendum acceperunt, eo pacto, ut ipſe in *teſtimonium iurisdicionis* noſtre cenſum VI. denariorum anuatim more perſolvat, iamque poſt eius & uxoris ſue deceſſum Eccleſia noſtra tam de poſſeſſione, quam de univerſis mobilibus ibidem repertis ſe intromittat.

Notum ſit omnibus Chriſti fidelibus, quod quidam liber homo *Egilolfus de Iginsbach* tradidit ſuper altare Sancti Petri & fratribus in perpetuum Deo ſervituris manſum unum in Iginsbach. Teſtes *Henricus Advocatus*, *Adalbertus de Iudenhuſen*, *Henricus & Fridericus de Uſſingin* & alii quatuor.

Notum ſit omnibus fidem Catholicam profitentibus, quod quidam liber homo *Henricus* nomine *de Mencingin*, predium ſuum in eadem villa in manum *Altumni* cuiusdam liberi hominis delegavit, poſt vite ſue terminum Wezzinsbrunenſi Eccleſie ad altare Sancti Petri omni exceptione remota delegandum. Predicto igitur *Heinrico* poſt aliquot annos interfecto, fideiuſſor eius Altumus predium illud ſuper altare Sancti Petri preſente advocato, pro anima tam illius quam omnium parentum illius delegavit. Teſtes

Heinricus Advocatus, *Pertoldus Comes de Tyroli*, *Dietericus & Sibeto Cruge* cum aliis tribus.

Sciant cuncti preſentes & futuri, qualiter *Wiximanus* quidam de *Pridirchingen* curtem unam in Mahelberg Deo & fratribus Wezzinsbrunenſibus ad altare Sancti Petri poteſtatis manu pro remedio anime ſue contradidit, Teſtes *Goteſcalcus de Perga*, *Adalbertus Pincernarius Advocati*, *Adalbertus Mouſal*, *Conradus & Heinricus fratres de Grute* cum aliis tribus.

Noverint omnes Chriſti fideles, qualiter *Rudolphus* liber homo *de Tale* Deo & Sancto Petro tradidit duo prata in Tale, pratis noſtris contermina uſui fratrum Wezzinsbrunenſis Eccleſie in perpetuum profutura. Teſtes *Pertholdus de Trubingen*, *Liutoldus de Tale*, *Conradus Man*, *Luithalmus Geroldus Hageſtalt* & alii quatuor.

Noverint omnes Chriſti fideles, quod nobilis femina *Gerbirgis de Weſtindorf* per manum *Goteſridi Comitis de Rumesberg* tradidit beato Petro quemdam *Militem Adalberonem* & ſorores eius cum uno Manſo in Weſtindorf ea conditione ut miles ille predictus manſum habeat ad vitam ſuam & poſt eius exceſſum beato Petro & fratribus Wezzinsbrunenſibus predium ipſum revertatur, Teſtes *Konradus & Rutbertus de Mertinſriet*, *Toto de Ledern*, *Adalbertus de Rotinbach* & alii quinque.

Noverint cuncti fideles, quod Dominus *Luitoldus* quondam Wezzinsbrunenſis Abbas predium in Leubines conceſſit *Konrado de Vellinberch* prepoſito H. advocati, eo pacto ut ipſe *Conradus* ab omni exactione hominibus Eccleſie Wezzinsbrunenſis in tota vita, quantum ſalva gratia Domini ſui poſſet, parceret. Et predium ipſum poſt obitum eius Eccleſie fratribusque cum omni iure ſuo revertatur. Teſtes *Engilbertus & filius eius de Frucines*

eines Albero de Naters, Diepoldus & frater eius Rudigerus de Wilramingen & alii quinque viri.

Noverint omnes Chriſtiane fidei cultores quod Dominus Ov. Wezzinsbrunenſis Abbas predium in Penninrieti *Sigibotoni de Tatinhovin* eo pacto conceſſit, ut ille quoad viveret uſusfructu potiretur, & armentum ibi conſtitueret vacarum: poſt eius vero exceſſum manſus ille cum omni ibi reperta ſubſtantia Eccleſie reverteret. Teſtes *Henricus de Greut, Udalricus de Epetingen* cum aliis tribus.

Notum ſit omnibus Chriſti fidelibus preſentibus & futuris quod quidam *Albero filius Arnoldi de Vindingen*, beneficium in Schwabhuſen quod ex paterna ſucceſſione poſſederat, Domino Abbati *Udalrico* reſignaverit. Id ipſum porro beneficium *Heinricus de Grute* miniſterialis Wezzinsbrunenſis ea conditione de manu Abbatis obtinuit, ut poſt finem vite ſue beneficium illud, etiam ſi filios forte ſuperſtites relinqueret, Eccleſie fratribusque omni ſemota fraude vel interpoſitione reverteretur. Quam totius imperpetuum fraudis omniumque cavendarum rerum exceptionem, data Sacramenti loco fide manu in manum Abbatis, *Heinricus* ipſe conlaudavit anno Chriſti 1170. preſentibus eiusdem loci fratribus & teſtibus per aurem tractis, quorum hec ſunt nomina *Ortolfus de Praitenſe, Engilbertus de Frucines, Hartmanus Suzel, Heinricus de Schwabhuſen, & frater eius, fratres noſtri Luitoldus & Udalricus Cecus.*

Notum ſit omnibus Chriſti fidelibus, quod nobilis *Dux Welfo* quemdam miniſterialis ſui *Udalrici de Phetine* fororium cum dimidio manſo in Nidernhofen, ad altare ſancti Petri in Wezzinsbrunen fratribus in perpetuum ibi Deo ſervituris dedit. Ea conditione, ut poſt mortem illius poſſeſſio Eccleſie concedat. Teſt. *Heinricus & Hirmanus de Ramingen, Marquardus de Pyrgkland,* cum aliis tribus.

Num. X. Sub Sigibaldo Abbate 1172 - 1200.

Notum ſit omnibus tam preſentibus, quam futuris, quod Dominus *Heinricus* ſacerdos tertiam partem decimationis omnium rerum que ad Eccleſiam de Boſinhuſen pertinent, de manu Abbatis Sigibaldi usque ad terminum vite ſue ſuſceperit, ſimiliter de Eccleſia Berga duas partes decime & molendinum apud Gerinshuſen, cum tribus agris. Et ne aliquis ſucceſſorum Domini Heinrici ſibi quidcunque de hiis vendicare poſſit, ipſe *homo Abbatis* effectus eſt, & data *peccunia loco Beneficii* accepit. Teſtes, qui huic conditioni confirmande affuerunt hii ſunt: *Conradus ſacerdos de Sondau*, *Rapoto ſacerdos de Steffen*, *Sigifridus Decanus de Rota*, *Conradus ſacerdos de Apphildorf*, *Conradus ſacerdos de Haginheim*, *Conradus ſacerdos de Tainigin*, *Magniſi ſacerdos de Richilingen*, & alii quinque ſacerdotes. *Layci Conradus*, *Wernherus* & *Heinricus de Grute*, *Weriandus*, *Adalbero*, *Wigman*, *Conradus*, *omnes de Richilingen*, cum aliis quam plurimis.

Anno Domini 1175. regnante Friderico rege anno XXIV. Giſilbertus cum ſuis infantibus, conſentiente illorum bona voluntate & ſana mente, dederunt Prepoſito Gerungo de Wezzinsbrunen campum in Lauizaro confinjente ab oriente in Conrado, ab occidente in *Perchtoldo* Comite. Et ipſe Gerungus Prepoſitus dedit in contra Giſilberto, in alio loco campum ubi dicitur in Rudindil. Firma maneat poteſtas: ſiquis in contra ire voluerit ſolvat uncias auri quinque. *Tracta Carta* & facta in Ruſiano coram teſtibus. *Weeil qui pennam levavit* teſtis. Teſtes & ceteri *Vito*, *Otto*, *Iohannes*, *Weeil*, *Minigo*, *Minigus*, *Cuno*, item *Vito*, item *Cuno* iſti omnes teſtes ſunt, & ego Albertus ſcripſi in vice Hecil cancellarii & recepit Gerungo cum ſuo Advocato Gerungo.

Notum ſit omnibus Chriſti fidelibus, quod quidam de miniſterialibus *Ducis Welfonis Marchquardus nomine*, *de Pyrchland* duas

de

de manu eiusdem Domini ſui Ducis, curtes loco Beneficii in Birſewalde ad finem usque vite ſue poſſedit; ſed quia legitimo caruit herede Beneficium ipſum in Dominum Ducis ipſo moriente conceſſit. Viſum eſt itaque fratribus Wezzinsbrunenſibus Ducem ipſum interpellare, ut predium illud quia in medio prediorum S. Petri ſitum erat, quoquo modo cum ipſius gracia optinerent, quod & factum eſt. Nam prefatus *Dux Welfo* voluntate fratruelis ſui *Ducis Heinrici* predictas curtes ita Deo & ſancto Petro dare conſenſit, ut ipſe eas usque ad ſue terminum vite poſſideret, & poſt exceſſum ſuum poſſeſſiones ipſe apud Deum, & ſanctum Petrum ſibi memoriale perpes exiſterent. Anno igitur Dom. 1175. cum hiisdem Dux in Gunzile ſolennitatem penthecoſtes magnificenter invitata Principum & *beneficiatorum* ac *miniſterialium* ſuorum pompa celebraret, delegationem predictarum poſſeſſionum fecit. Cuius delegationis T. ſ. *Hugo Comes de Tubingen, & filius eius Rudolphus, Ottakker Styrenſis Marchio, Otto Comes Palatinus de Witilinſpach, Dietpoldus Marchio frater Berchtoldi Marchionis de Vohebürch, Egino Comes de Vainga, Egino Comes de Ura, Perchtoldus Comes de Leonſtaine, Heinricus Comes de Rumiſperch, Perchtoldus Marchio Hiſtrienſis, Conradus Dux Dachowenſis, Heinricus Comes de Pleiga, Heinricus de Stuffen, Advocatus noſter. Pillunch de Iatinriete, Udalricus de Sevelt, Udalſcalcus de Uffelendorf, Pernhardus de Wilheim, Otto de Aſtheringin miniſteriales Ducum utrorumque*, & alii quam plurimi in numero XXXII. Preterea fratres Wezzenesbrunenſes non inmemores, qualiter mundus in maligno poſitus eſt, & quomodo nihil eſt tutum: metuentes ſane, ne ſi idem Dux Welfo ad finem usque vite ſue predia illa poſſideret, ne forte cuilibet legitimorum heredum ipſius, iure fori & non iure poli, materia videretur oportuna poſſidendi, quod ad ſe foret extrema iurisdictione transmiſſum, ab predicto Duce Welfone datis quinque talentis optinuerunt, quod ipſe premiſſas curtes, ſicut

eas

eas delegaverat ita libere tenendas permiſit, & ipſe loco earundem curtium duas in Bechſteten curtes, ſuper quibus nulla deinceps de parte heredum queſtio timeretur ſuſcepit, ad ſue vite terminum poſſidendas, & ex tunc iuri Eccleſie annumerandas. Cuius pacti teſtes adhibiti ſunt, eiusdem ducis miniſteriales, quorum hec ſunt nomina *Ortolfus de Pyſerperg*, *Dieto de Ravensburg*, *Perchtoldus de Furte*, *& Wernherus filius eius*, *Fridericus de Waltpere*, *& frater eius Heinricus Gayzzare*. *Pillungus de Tatenriet*, *Udalricus de Antdorf*, *Comes Henricus de Rameſperg miniſteriales eiusdem*. *Conradus de Lederen*, *Rudigerus de Phorsheim*: *de miniſterialibus Auguſtenſis Eccleſie Albericus de Talkofen*, *Gerboldus de Secke*, *Udalricus de Hophen*.

Notum ſit omnibus Chriſti fidelibus, quod quidam liber homo nomine Witilo & uxor eius Hilta, beato Petro & fratribus eius in Wezzinsbrunen dimidiam Hubam in Prunen delegaverunt pro remedio animarum ſuarum & omnium parentum ſuorum. Teſtes *Hiltiprandus de Morenweis & Hugo miles eius*, *Heinricus cognomento Niaze Sigiboto volo*, & alii.

Noverint item univerſi Catholice fidei profeſſores, quod alius eque fidelis vir, nomine Rudolfus & uxor eius Pertha, cum in eadem villa dimidium manſum haberent, apud Wezzinsbrunen fratres hoc egerunt, quatenus ipſis predicta dimidia Houba in Brunen beneficii loco preſtaretur, ea conditione, ut ipſi predium ſuum Eccleſie delegarent, & eque beneficii loco ſuſciperent, etiam utraque Huba poſt terminum ipſorum in prebendam fratrum reverterentur. Teſtes *Deginhardus de Seveld*, *Henricus & Tuto milites eius Ludewicus de Andechs*, *Conradus & Gotfridus de Tuzzingin*, & alii quatuor.

Notum ſit univerſis Chriſti fidelibus, quod quidam liber homo *Hermanus* nomine *de Prandenperch* iturus Ieroſolimam tradidit

ſedit ad altare ſancti Petri in Wezzinsbrunen tale predium, quod habuit in predicto loco, ſi de procinctu vie, quo ibat, non reverteretur, vel reverſus heredem poſt ſe non dimitteret: factum eſt ita, quod predictus homo in via Dei remanſit. T. h. r. ſ *Weginhardus de Stuffen*, *Fridericus de Linda*, *Engilmarus de Tainiswanc*, *Conradus de Morenweis*, *Wolftrigil de Perga*, *Gozzoldus de Steinpach.*

Item noverint omnes fideles Chriſti, qualiter *Adalbertus* quidam *de Mammendorf* predium ſuum quod in Prandenberg habuit Wezzinsbrunenſis cenobii fratribus tradiderit, pro redemptione tam anime ſue quam parentum ſuorum, nec non & pro dilectione N. filie ſue, quam eadem die ſpirituali vite ſociavit, perpetuo a fratribus Sancti Petri poſſidendum, Teſtes *Perchtoldus Comes de Andechs & duo filii eius Poppo & Pertholdus* & alii multi.

Notum ſit omnibus preſentibus & futuris, quod homo quidam *de Menzingin Henricus* nomine, *liber ex omni parentela ſua*, ſe ipſum lege tributaria Sancto Petro & Eccleſie Wezzinsbrunenſi pro ſalute anime ſue tradiderit: tali voto ſe obligans, ut per ſingulos annos in feſtivitate Sancti Petri quinque numos perſolvat; coram teſtibus multis.

Notum ſit omnibus preſentibus & futuris, qualiter Dominus *Luitoldus* nobilis clericus *de Hunſoln* cum manu fratris ſui, qui & advocatus eius fuit, nomine *Heſſo* delegavit predium ſuum in Hunſoln in manus nobilis hominis nomine *Ottonis de Igilingen*, ea condicione, ut ipſe legitima donacione idem predium Sancto Petro apud Wezzinsbrunen donaret, quod & factum eſt. Nam definito conſilio & facta *concione* populi in ulteriori littore *Lici fluminis, in Eppha*, idem *Otto* premonitus a Domino *Luitoldo* coram populo de credita ſibi delegacione, & rogatus eſt, ut donacionem perficeret: ubi *allatis reliquiis* Sancti Petri a fratribus Wez-

zinsbrunenſibus, eadem donacio facta eſt, ſub tuicionis manu Domini *Heinrici de Stoupha* einsdem loci Advocati confirmata, & recepta eſt, h. r. t. ſ. *Marchio Dominus Berchtoldus de Andechs, Heinricus de Stauffin, Udalſcalius & Bertoldus filii eius de Uffilindorf. Pernhardus de Wilheim, Hartnidus de Stainpach, Heinricus & Bertoldus de Fagini* & alii.

Notum ſit omnibus Chriſti fidelibus, quod quidam Miniſterialis Domini *H. Ducis, Sigifridus de Schongau* Hubam unam tradidit in Nidernhofen ad altare Sancti Petri in Wezzinsbrunen fratribus in perpetuum ibi Deo ſervituris, & iſti ſunt teſtes *Piero de Chuneringin, Conradus Wurm, Volcmarius Spiſarius, Gebehardus de Hohenfurch Heinricus de Grute.* Idem Manſus in Beneficium datus eſt Sibotoni, qui dicitur Volo: cui in beneficiacioni cum reclamaret prefatus *Sigifridus, Sibotoni* promiſſus eſt alius in Obemnc, & predictum predium Eccleſie redit.

Notum ſit univerſis Chriſti fidelibus puſillis & magnis, pauperibus & divitibus, qualiter Wezzinsbrunenſis Monaſterii fratres cum advocato ſuo Domino *Heinrico de Stouphen*, ſuper quorundam, que idem *Heinricus* tenere viditur, prediorum ratione convenerunt. Fratres illi ob ſterilitatem anni in arcto poſiti, curtem unam in Wile apud predictum *Heinricum* pro XIV. talentorum ſumma depoſuerant, quam ille curtem eo pacto ſuſcepit, ut eius uſum fructum quoad viveret, poſſideret: niſi forte contingeret, ut fratres ipſi, reliqua prediorum ſuorum inpignoratione redempta, ad hoc ſufficerent, quo & curtem illam, reddita advocato preſtite peccunie eſtimacione, redimerent. Quod ſi illo vivente curtis illa non redimatur, iam poſt obitum illius nullus Heredum legitimorum peccunie repoſcende habeat poteſtatem, ſed gratis omnino curtis illa fratribus & Eccleſie redeat libere poſſidenda. Hoc quoque communi aſſenſu cautum eſt, ut quia curtes Bergin

Scheffol-

Scheffoltingen, Talmontriet, Gezines Aveltinges, quacunque occaſione indeptas, idem *Heinricus* tenere videtur, poſt mortem illius nulla ſuper ipſis queſtio oriatur, ſed omnis homo Chriſtianus indubitanter ſciat, quod quecunque de ſupradictis prediis ipſe *Heinricus* vel pro Deo vel pro legitima redemptione ante ſuam mortem fratribus & Eccleſie non remiſerit, ea profecto ad Wezzinsbrunenſem Eccleſiam & fratrum ibi Deo ſervientium ſine contradictione pertineant prebendam, cum ille non ſuperfuerit Quidquid autem prefatus *Heinricus in deſcenſu regalis ſaltus, qui Scharniza* dicitur poteſtative poſſidet, in loco qui Litum appellatur, totum ille Wezzinsbrunenſis Eccleſie fratribus ſolemni donacione legavit, poſt mortem ſuam poſſidendum. Actum in Landesſperch anno Domini 1176. anno Domini *Friderici* Imperatoris XXV. Indictione IX. VIII. idus Aprilis, teſtium nomina, *Burchardus de Diezzen, Otto de Igilingen, Gebehardus & filii eius de Kuzzenchoven.*

Sciant omnes Chriſtiane fidei cultores, quod *Gebhardus & Heinricus de Chonzinchoven* patre ipſorum Domino *Gebhardo* defuncto, die ipſa, qua Wezzinsbrunen ſepultus eſt, predium in Eberhersfrute Deo & Sancto Petro pro anima Patris ſui & pro omnium parentum ſuorum animabus fratribus in Wezzinsbrunen Deo perpetuum ſervientibus, poteſtativa manu tradiderint, cuius traditionis T. ſ. *Heinricus Advocatus, Hartmanus de Slinaich, Udalricus de Santowe, Otto de Igilingin, Udalricus de Phetine, Artolfus frater eius, Ortolfus de Piſinberch, Gerbolt de Sewe, Reinbote de Wale,* & alii. Milites Domini *Gebhardi & Heinrici Teſtes. Heinricus Schenke, Ludewicus & Adilgoz de Kouzinchoven. Miniſteriales Sancti Petrus Conradus de Riehilingen, Konradus Werinher, Heinricus fratres de Grute. Konrad de Hovinſtetin,* & alii.

Porro *Hiltiprandus* prefati *Gebehardi* defuncti ſenior filius predicta delegacione ſolemniter adimpleta, ipſe quoque in patrem

ſuum defunctum prout dignum fuit, fidelis & devotus exiſtens, eadem die ſepulture patris ſui, & ipſe predium in Hettinhuſin pro anima eiusdem patris ſui, & pro animabus omnium parentum ſuorum propria manu ſuper altare Sancti Petri in perpetuum fratribus Wezzinsbrunenſibus Deo ibi ſervituris profuturum delegavit, Teſtes qui ſupra. Hoc autem ſolenni convencione ſub omnium qui preſentes affuerant teſtimonio tam predictorum trium fratrum peticione, quam omnium fratrum laudamento firmiter cautum eſt, ut ubicunque terrarum in *Orbe Romano*, tres iſtos fratres pro humane orbito condicionis, finis vite & dies extrema invenerit, noſtro ſi opus fuerit labore apud nos ſepeliendi deferantur. In cuius ſignum compromiſſionis plenariam ut moris eſt firmitatem eisdem tribus fratribus dedimus, & ubi opus fuerit fideliter annuente Deo perſolvemus.

Eadem ipſa die *Heinricus de Selewe*, quidam de Miniſterialibus Ducis H. una cum ſuorum manu filiorum, quorum unus *Heinricus* alter *Conradus* nominatur, hubam unam in Raiſſingin Deo & S. Petro in prebendam fratribus in Wezzinsbrunen Deo omni retro tempore ſervituris pro ſue anime & omnium parentum ſuorum animabus poteſtative contradidit; ut quia in infirmitate laborabat, ex qua poſtmodum in brevi diem clauſit extremum, idem predium ſue monimentum devocionis aput Sanctum Petrum & Eccleſiam Wezzinsbrunenſem perpetuo exiſteret. Teſtes ut ſupra.

Memorie univerſorum pateat, quod nobilis *Comes Heinricus de Wolfratshuſen* tradidit ad altare ſancti Petri Wezzinsbrunenſibus fratribus ibi Deo militantibus manſum unum in Reiſtingin, quod ipſum cuidam miniſteriali Auguſtenſis Eccleſie Liutoldo XII. Marcis Comes ipſe conceſſerat. Fratres igitur poſt obitum Comitis, ne prefatus Luitoldus iacturam peccunie ſue fruſtra feciſſet, ſibi manſum illum in Beneficio cenſuali quoad usque viveret

veret

veret permiſerunt. Et ipſe annis ſingulis in feſtivitate S. Andree cenſum LX. numorum debet exinde perſolvere: quem quocunque anno detinens non dederit, ſimul Beneficium ſtatim amittat. Hoc autem ſciendum eſt, hoc modo eum inbeneficiatum eſſe per predictum manſum ut decedente eo de hac vita, nullus filiorum eius poſt mortem ipſius de eodem Beneficio audeat ſe intromittere. Sed mortuo ipſo Luitoldo manſus uſui fratrum Wezzinsbrunenſium inſerviat.

Anno Domini 1181. regnante Rege Friderico annis XXX. *Heinricus de Tyrol* Comes ſua bona voluntate & ſana mente, pro remedio anime ſue & fratris ſui *Perchtoldi* dedit ſancto Petro vineam in Ruſiano, ubi dicitur ſub Doſſo, ſine omni cenſu, & Falſiciam miſit in aliam ſuam vineam in Ruſiano in preſentia bonorum hominum, *Hezil*, *Heinricus*, *Albertus* & ſui ſervientes *Heinricus Marquardus*. Idem *Heinricus* dedit nobis aliam vineam in loco qui dicitur Tirol, ſine omni cenſu, & *Falſiciam* miſit in alium ſuum proprium in Tirol, & teſtes deſuper, ut firma permaneat poteſtas, & ego Albertus ſcripſi in vice Hecil Cancellarii.

Notum ſit omnibus Chriſti fidelibus, quod quidam nobilis *Wernhardus de Horpach* cum uxore ſua *Perthen*, & duobus filiis *Conrado & Udalrico* tradidit S. Petro in Wezzinsbrunen & fratribus ibi Deo ſervientibus, curtem unam cum omnibus ad ſe pertinentibus in Marchilchoven, ob remedium anime ſue & pro amore dilecte filie ſue Gerdrude, que habitum Religionis in eodem loco ſuſceperat: teſtes autem traditionis huius ſunt, *Kunrat & Ulrich de Horpach*, *Eberhart & Engelbrecht de Stainbach*, *Marquart & Engelbrecht de Sipoltesdorf*, *Wolfram de Swaimbach*, *Wiche de Evehe*, *Hartman de Holzhuſen*, *Friderich de Lantingen*, *Gebehard de Marchbahe*, *Reinbot de Eccleſia S. Iohannis*, *Karolus de Raitenbach*,

Goteſcalch de Lokinbere, Goteſcalch de Gaindorf, Oulrich de Wermes-dorf, Sigebert de Holzhuſen, Rudiger de Haſelbach, Aribo de Mumen-bach, Heinrich de Gaindorf, Marquart de Eccleſia S. Iohannis, Wern-hart de Winchelſaxe, Gerunc de Swainbach, Herwick de Affolterberge, Wolfinch de Harbach, Otto de Grube, Albrecht de Harskirchen.

Noverint cuncti Chriſti fideles, tam preſentes quam fu-turi, quod quedam mulier, *Ita* nomine predium quoddam in Ar-noldesriet a Wezzinsbrunenſi cenobio, ad terminum vite ſue, permiſſu congregationis obtinuerat; ſed cum prefata *Ita* multas guerras eidem cenobio intulerat, inſtigante Sigibaldo Abbate & accepta peccunia eandem conventionem Abbati & conventui re-ſignavit Auguſte ante monaſterium S Mauricii. Quo facto in eo-dem loco quidam *Conradus de Attingen*, filius *Wernheri* prefatum predium data peccunia à Wezzinsbrunenſi cenobio ad terminum vite ſue obtinuit: hoc pacto, ut ſingulis annis Metretam frumenti pro tributo eidem monaſterio perſolveret. Huius conditionis te-ſtes ſunt. *Hudunck Canonicus de Choro, Marchquart, Winchart, He-remanus, Udalrich & frater eius Konradus omnes de Attingen, Hein-ricus de Haginbach, Heinricus Ratiſponenſis, Heinricus & Wernherus de Grute, Golzmar de Cruciberch, Marquart Brunſchart*, & alii.

Notum ſit cunctis Chriſti fidelibus tam futuris, quam pre-ſentibus, quod quedam mulier nomine *Gertrud de Liechtenſtein*, miniſterialis *Comitis Heinrici de Tirol*, curtem, quam hereditario iure poſſedit in ſuperiori Lounon, annuente marito ſuo *Chounrado* pro remedio anime ſue, & parentum ſuorum, & pro amore filia-rum ſuarum Irmingardis & Willebirch inibi degentium, tradidit S. Petro Apoſtolo in Wezzinsbrune & fratribus ibi Deo ſervien-tibus per manum Comitis predicti Heinrici ipſo conſentiente, & advocatiam ſtatim recipiente; in loco qui dicitur Sibenaiche. Tra-didit autem, ſicut & ipſa poſſederat, cum omnibus ad curtem

per-

pertinentibus, vineam ſcilicet, & quantum tribus diebus arari poteſt, & pratum. Conſenſerunt autem in hoc & filii eius *Rudolfus Chounradus*, *Wecil*, *Rulant*, *Ortolfus*, huius tradicionis teſtes ſunt. *Ipſe Comes Heinricus*, *Hugo de Tuwers*, *Swickkerus de Richenberch*, *& filius eius Swickkerus*, *& alius filius eius Swickerus*, *Hilteprandus de Lounon*, *& frater eius Heinricus*, *Perchtoldus filius Tarandi*, *Hiltebrand de Sibdal*, *Heinricus Gralant*, *Marquardus Halclin*, *Purchardus ſervus Conradi qui dedit curtem*, *Conradus ſervus eius*.

Omnibus Chriſti fidelibus, tam preſentibus quam futuris notum eſſe volumus, quod Dominus Sigibaldus Wezzinsbrunenſis Abbas cum communi aſſenſu fratrum ſuorum, in die ſepulture Domini *Heinrici de Stouphen*, eiusdem loci advocati, in preſentia venerabilis Udalſcalci Auguſtenſis Epiſcopi, & Domini Heinrici Epiſcopi de Chure & illuſtris Ludowici Ducis Bawarie aliorumque quam plurium, qui ad easdem exequias convenerant, querimoniam moverit, de ablatione quorundam prediorum, que idem H. monaſterio tam violentia, quam etiam bone retributionis ſponſionibus abſtulerat: quorum nomina ſunt hec, curtis una in Talmouzriet, una in Wile, una in Bozenhuſen, & molendinum, due in Heinricheshoven, predium in Perge, una in Avelunges, manſus & dimidius in Gezenes, una in Weſtendorf. Que lis in preſentia predictorum principum revocari ad concordiam illo die non poterant, donec communi conſilio diem in Uſſingen ſtatuerunt, in quo nihilominus clauſtro reſtituerunt. Tandem amicam conventionem Landeſperch indixerunt, ubi poſt longum conflictum predicta predia facta abnegatione monaſterio reſignaverunt: ea tamen ratione, quod Dominus Abbas, uſus conſilio fratrum ſuorum, qui tunc ſecum ibi aderant, & ſapientum laicorum, quedam ſupradictorum prediorum *Wernhardo* prefati H. filio & matri eius ad tempus vite ipſorum ea conditione remiſit, ut ſingulis annis in

feſto

feſto S. Martini cenſus trium denariorum ab ipſis in teſtimonium perſolvatur: Ne ullus heredum ipſorum de prefatis prediis ſe intromittat, poſt obitum eorum. Hec ſunt nomina, que hoc cenſu annuatim ſunt ſolvenda. Curtis una in Talmouzriet, una in Wile, una in Bozenhuſen, & Molendinum, due in Heinricheshoven, una in Weſtendorf, manſus & dimidius in Gezenes. Sciendum itaque eſt, quod eiusdem Wernhardi ſoror Machtildis nomine, ipſo die quo hec acta ſunt Landesberch, audientibus cunctis, qui huic cauſe interfuerunt, nobili viro *Udalrico de Antdorf* docente, abnegationem fecit, tam de prediis, quibus & matri & patri eius ad tempus vite ipſorum dimiſſa ſunt, quam de cunctis, que Pater ſuus ſepedictus H. à monaſterio Wezzinsbrunenſi iuſte vel iniuſte poſſederat, huius rei teſtes ſunt hii. *Ulricus de Sevelt, & Wernhardus filius eius & Hartmannus miles eius; Ulricus de Antdorf, Hermanus de Pouchelon, Engilſcalcus & frater eius Hermanus de Haginberch, Luitoldus & frater eius Wernherus de Hournloch, Hermanus & fratre eius Heinricus de Phetine, Reinhardus de Mendechingin, & Heinricus filius eius, Ulricus de Hounſoln, Pertoldus & Marquardus frater eius de Hohenwane, Chunradus de Grute & Heinricus filius eius & Heinricus frater eius, Dietricus Rouch, & filii eius Heinricus, Dietricus, Kunradus, Pertoldus. Kunradus de Wagelinshuſen, & Fridericus filius eius, Durinch de Duringevelt, Waldemarus de Stepholtingen, Dietricus de Peſſinacher, & Heinricus filius eius, Roudpertus de Ramesheim, Kunradus & frater eius Heinricus de Mullhuſen, Heinricus de Chunering, Ekkolf de Landesberg, Arnoldus de Vindingin, Fridericus de Iudenhuſen, Albertus de Richeling, Eberhardus Wolf, Kunradus de Thening*, & alii quam plures. Acta ſunt hec in Landesberc anno dominice incarnationis 1192. In vigilia ſancti Iacob Apoſtoli Amen.

Num.

Num. XI. Sub Alberto II. Abbate 1200 - 1220.

Pateat omnibus in Chriſto renatis hanc ſcripturam volentibus indagare, quod Dominus *Udalricus de Vindingen*, & uxor eius *Agnes* cum obtuliſſent filiam ſuam Gerbirgam in altari ſancti Petri, in Wezzensbrunen, ad communem ſpiritualis vite converſacionem, ipſo die, tam ipſi, quam filius eorum *Conradus* tradiderunt ad ipſum altare predium ſuum in Hoffteten, cum omnibus cultis & incultis ad ipſum pertinentibus ab ipſo die deinceps cenobio Wezzinsbrunenſi permanſurum. Inſuper ipſo die, pro remedio animarum ſuarum & parentum ſuorum, molendinum in Vindingen ad idem cenobium, una cum advocatia contulerunt, hoc pacto, ut predictus Udalricus tantumodo ſolus usque ad finem vite ſue illud detineat, annuatimque medio tempore talentum cere prefato cenobio in teſtimonium perſolvat, & cum de hac vita migraverit, ipſum molendinum continuo cedat in uſus Eccleſie prenominate. Ubicunque vero idem Udalricus ex iſta parte Reni vitam finierit, absque damno ipſius Eccleſie debet illuc deferri. Et ſi demeruerit eccleſiaſticam ſepulturam, Dominus Abbas, & Conventus ipſius cenobii cum uxore & filio eius aliisque ipſis attinentibus, ut eam conſequatur diligenter, debent elaborare. Ad exequias vero ipſius celebrandas tria talenta debent eccleſie conferri, quartum vero talentum Dominis debet impertiri: ſed ſororibus vacca utilis eſt conferenda ſimili modo, cum de medio ſublati fuerint uxor eius Agnes, & filius eius Conradus; ſicut preſcripſimus eſt per omnia in obſequiis eorum peragendum. Hec omnia filii ſororis ipſius Udalrici, Hilteprechtus & Heinricus diligenter debent ordinare, & fideliter promovere: de cetero autem ſemper in anniverſario prefati Udalrici caritas conventui debet exhiberi, *peccoria* vero usque ad ſummum vino debent adimpleri.

Num. XII. Sub Abbate Conrado ab anno 1220 - 1243.

Cunctis Chriſti fidelibus tam preſentibus quam poſt futuris, innoteſcat qualiter ego Conradus cognomine Pozzo humilis confrater S. Petri in Wezzinsbrunen, venerabili Abbate Conrado de Menchingen annuente ac univerſo Collegio conſentiente loci ſcilicet pretaxati, feodum quoddam in Rot, Grutenſi obligatum, pro tribus talentis que michi de prebenda mea debebantur, pro remedio anime mee Eccleſie memorate redemi: ea videlicet condicione, ut ſingulis annis in anniverſario *beate Dimudis* de proventibus prefati feodi, id eſt VIII. ſolidis *omnibus literatis confratribus* Deo ibidem militantibus honeſta conſolacio impendatur, & ut in vigilia anniverſarii eiusdem in Capella ſancte Marie *Virginis ubi* corpuſculum premiſſe Dimudis eſt humatum, maior Vigilia & Miſſa defunctorum in mane cum univerſo conventu ſolemniter celebretur. Adiiciendum quoque ſupradictis, quod nullus Abbatum ſeu proviſorum de memorato feodo aliquam ſteuram exigat.

Contra oblivionis periculum, univerſitati fidelium innoteſcat: Qualiter Chunradus Pozzo, confrater ſancti Petri in Wezzinsbrunen, divino inſtinctu quoddam feodum in villa Piringen ſitum, venerabili Abbate Chunrado annuente totoque conventu eiusdem Eccleſie conſentiente & favente, ob remedium anime ſue pro tertio dimidio talento redemit, & cum eodem feodo Capellam ſancti Michaelis dotavit. Eo videlicet tenore, ut annuatim in eadem Capella in vigillia ſancti Michaelis ab univerſo conventu veſpere & matutine & in die eiusdem ſolenniter publica Miſſa celebretur, & ut omnibus confratribus illic Deo militantibus in vigilia ſancti Michaelis honeſta conſo-

latio de predicto feodo, quod ſingulis annis XII. ſolidos reddit, annuatim & perpetualiter impendatur: Et ut quilibet prefate cappelle Procurator & celebrator omnes oblatiónes illuc delatas in uſus ſuos conſervet. Si quis vero tam ſolene factum inpoſterúm auſu temerario a premiſſa capella Sancti Michaelis, qui eſt *prepoſitus Paradiſi & Princeps animarum*, irritare, commutare, minorare, diſtrahere aut ullo modo alienare conatus fuerit, ſemper ſit expers a conſortio Sanctorum Angelorum & omnium civium ſupernorum: & perpetuo anathemate omnipotentis Dei ac omnium Sanctorum feriatur, deleatur nomen eius de libro viventium, & cum iuſtis non ſcribatur, & omnis oratio eius in peccatum convertatur, & in univerſali examine & in tremendo iudicii die cum ſiniſtris in gehennam deputetur, & ibi ſine fine cum miniſtris Sathane eternaliter crucietur, amen. Adiiciendum quo que ſupradictis, quod nullus Abbatum ſeu proviſorum de memorato feodo aliquam ſteuram exigat.

EXPLICIT.

MONUMENTA WESSOFONTANA.

Diplomatarium Miscellum.

Num. I. Notitia fundationis ex membrana ſeculi XI.

Anno Domini DCC. LIII. *Thaſſilo* filius *Otilonis* Ducis & *Hiltdrude* ſororis *Pipini* patris magni *Karoli* ſub imperio eiusdem magni *Karoli* Dux Baiorum in marchia Ducatus tunc regni Baiorum, in ſaltu Foreſti qui *Rotwalt* dicitur inter duo flumina Aprariam & Licum venationi operam dabat aprorum. Et dum forte per noctem iuxta fluvium, qui ex eius nomine, Theſſiteſpach dicitur ſub tentorio dormiret, vidit in ſomnis, iuxta fontem eiusdem Foreſti per IIII. partes contra ſcatentem ſe aſtare & exinde ad meridianum ſcalam ad celos porrectam, & angelos Domini aſcendentes & deſcendentes per illam. Sanctum autem Apoſtolorum Principem innixum ſcale & canentem eam, que in officio dedicationis communio cantari conſuevit. Et venatorum *Thaſſilonis*, alter *Tharingeri*, alter *Wezzo* dicebantur. Quorum *Wezzo* fontem qui hodie fons *Wezzonis* dicitur a ſe repertum in † modo e terra bullientem oſtendit. Ibi Rex Monaſterium eiusdem nominis cooperante ſibi Boniſacio edificavit & poſſeſſionibus ampliavit. Ubi primus Abbas *Ilſungus Altahenſis* Monachus, qui poſt XLI. annos, quibus religioſe prefuit. II. idus Mai diem obiit & in meridionali plaga Eccleſie ſepultus eſt. *Otilo* prius Rex, poſtea Baioaria in provincia redacta Dux, *Altaha* Monaſterium ex

ſuo

ſuo fundavit alodio, & ſepultus eſt cum Uxore in Oſterhoven quod nihilominus Monaſterium ſub regula Sancti Benedicti egregie ſatis Dux ipſe conſtruxerat.

Num. II. Litteræ manumiſſionis ex membrana coæva. Circa An. 792.

In nomine Domini Dei Salvatoris noſtri Ieſu Chriſti. Ego Iacob dimiſi liberum ſervum nominatum *Herimotar* cum licentia *Richolfo* Magiſtro noſtro & rege noſtro *Carolo*; ante preſente *Ortleipo* Comite in loco nuncupate Heſilinlih V. Kal. Nov. ut ſit liber inter liberos, habeat licentiam ire, redire, vendere, negociare ſicut ceteris liberis licitum eſt; ac ſi ab ingenuis parentibus procreatus fuiſſet. Si quis contra hanc cartulam libertatis quilibet inire temptaverit primitus in . . . . incurrat & componat ſicut lex eſt, & carta hec nichilominus firma permaneat, & ſunt teſtes *Regino* presbiter, *Hiltiprecht*, *Taſſo*, *Hato*, *Marcheo*, *Ehſo*, *Heriprant*, *Chumprekt*, *Seifrick*, *Ego Bonefacius ſcripſi*,

Num. III. Excerpta ex Cod. antiquiſſimo Weſſofontano ſeculo VIII. ſuppare.

De Menſuris.

Menſura eſt quidquid pondere, capacitate, longitudine, altitudine, latitudine animoque capitur.

Maiores orbem diviſerunt in partibus, id eſt Aſſia, Affrica, Euruppa.

Partes in provinciis, ſicut Galliga & Germania, Equitania, & Italia & Spania.

Provincias, in Regionibus, ſicut Alamania & Baiuvaria.

Regiones in locis: loca in territoriis (*Inzella*) territorii in agris: agros in centoriis, (*in Luhhiran*,) centorii in iugeribus.

Tanta fuit eorum ſolertia.

Digitus eſt pars minima agreſtium menſurarum.

Inde uncia habens digitos III.
Palmus autem IIII. digitos habet.
Pes XVI. digitos habet.
Paſſus, *Scritamali*, pedes V.
Pertica paſſus duos id eſt pedes X.
Pertica a portando dicta, quaſi portica
Omnes precedentes menſure in corpore ſunt, ut palmus, pes, paſſus & relique.
Sola pertica portatur, eſt X. pedum ad Star calami *in Ezechiele* templum menſurantis.
Actus quadratus undique finitur pedibus CXX.
Hunc Boetici Hrindirare, arapentem *Scaramez* dicunt ab arando ſcilicet: XVI. polices ad uno pede: Ideo pedes XII. ad una pertica, & de pertico XXX. longitudo & VI. in latitudo.

Menſura Viarum.

Nos *miliarii* dicimus, Græci Stadia, Galli *Leuvas*, Egypti Signes, Perſi Paraſangas. Sunt autem proprio quæque ſpatio miliarum in paſſibus terminate. Et dictum miliarum quaſi mille.

Leuva finitur paſſibus Mille quingintis. Duas *Leuvas faciunt tres millas* Stadium octo pars miliarus eſt, conſtans paſſibus CXXV. pedes de XXV. hunc Stadium primus Hercules ſtatuiſſe eumque ſpatio determinaſſe, quod ipſe ſub uno ſpiritu conficiſſet impleſſet, quoniam in fine reſpiret ſimulque ſtettiſſet.

Hieronimus ait Germania, Retia, Ager Noricus, ab oriente flumen Fiſtula & Sylva Hyrcenia, ab occidente flumine Reno, a Semptentrione Oceano, a meridie iugis Achemei; ſic eſt vocabula montis; flumine Danobio, quarum ſpatia pandet in longitudine M. Paſſ. DCXXIIII. in latitudine CCCXXVIII.

De *nive* nomen accepit Danobius Germanie fluvius, vocari fertur a nivium copia quibus magis augetur. Iſte eſt qui in Eu-

ruppa

ruppa plus habet famam. Idem & his qui dum per innumeratis gentes vadit, movet & nomen maiores ſibi ambiendo vires colligit. Oritur a Germanicis agris vel iugis, & occidentibus partibus barbarorum pergens contra orientem ſexaginta in ſe fluvios recipit. Septem hoſtis in pontum fluit.

Iſtria, Peigira.

Baucveri ex proprie ethimologia lingue nomen ſumpſerunt. *Baugo* enim apud illos corona dicitur. *Wer* autem vir. Hinc *Baucver* coronatus vir appellatur. Et ideo illa progenies ex proprie lingue ethmologia coronati viri vocantur.

Panonia ab oriente flumine Trino, ab occidente differtis in quibus habitant Boi & Carni, a ſeptemtrione flumine Danobio, a meridie mari adriatico; quarum ſpatia pandet in longitudine millia paſſ. DCXX. in latitudine CCCXXV.

Gallia comata finitur ab oriente flumine Rino, ab occidente ſaltu Pirinio, a meridie, a ſeptemtrione Oceano.

Hec nomina de variis provinciis.

Hybernia		*Scottonolant*
Gallia		*Walholant*
Chortonicum	auh	*Walholant*
Equitania		*Waſconolant*
Uaxea		*Waſcun*
Germania		*Franchonolant*
Italia		*Lanepartolant*
Auſonia	auh	*Lancpartolant*
Domnonium		*Brettonolant*
Brutteri		*Prezzun*
Araves		*Sarti*
Iſpania		*Benaventonolant*
Cyuvari		*Suapa*

Panno-

Pannonia, ſic vocatur illa terra meridie Danobio, *Wandoli* habent hoc

Ager Noricus			*Peigirolant*
Iſtria			*Peigira*

Sclavus & Avarus, Huni & Windia.

Wandali		auh	*Wandoli*
Auriliana	ſic	nominatur illa terra ubi Roma ſtetit.	
Pentapoli	ſic	nominatnr illa patria ubi Rapana ſtat	
Thracia	illa	patria ubi Conſtantinopoli ſtetit.	
Paleſtina			*Iudeonolant*
Thebaida	illa	patria unde fuit Mauricius	
Ethiopia		patria Mauri	

De civitatibus.

Luctuna	*Liutona*
Argentoratenſis	*Strazpurus*
Nimitenſis civitas	*Spira*
Wangianonium civitas	*Wormacie*
Agrippina	*Cholonne*
Conſtantinopoli	*Conſtantinuſeſpurus*
Neapolis	*Civitas nova*
Norica	*Reganespurus*
Auoſia	*Radaſponſa*
Betſagia	*Pazauve*
Valvicula	*Salzpurus*

De merſuris iterum.

Unciæ XII. Libram efficiunt

Libra I. & ſemis *Eminam* facit

Duo Emina *ſextarium* faciunt

XXIIII. ſextaria *modium* faciunt

Quin-

Quindecim modia *Gomor* faciunt.

Duo Gomor quod ſunt XXX. modia *Chorum* faciunt

Libre LXXII. *Talentum* efficiunt apud Romanos. a quibusdam CXX. libre talentum faciunt

Lateris labrum, hoc eſt factum de lapide, deſpeculo XL. battos tollit: batus L. ſextarios tollit

Calculus *Zantro*, *Creozolin*, *Chiſiine*

Calculus *Zala*

Satum vas eſt tale ſicut modius, & intrat in ea XX. ſextarios

Satis tribus, tres menſura

Vaſata quinque menſura

De Poeta * *Kazungali.*

Dat * *Fregin* ih mit firahim firi wizzo meiſta. †

Dat ero ni was noh uf Himil, noh Paum noh Pereg ni was ni noh heinig noh Sunna ni ſcein, noh Mano ni liuhta.

Noh der Mare ſeo. †

Do dar niu uiht niu uas enteo in venteo †

Do uuas der eino almahtico Cot mano miltiſto †

Dar warun auch Manake mit man cootlihhe Geiſto †

Cot heilac, Cot almahtico, du Himil †

Erdo * uuorahtos †

Du mannun ſo manac Coot for * piſor gip mir in dina Ganada rechta Galaupa †

Cotan willenn wiſtom enti ſpahi da †

Craft Tiuflun za widarſtantanne †

Are Zapi wiſanne †

Dinan willeon za * uurchanne.

Num. IV. Parochia Weſſofontana. An. 1128.

In nomine ſancte & individue Trinitatis. *Hermanus* Dei gratia Auguſtenſis Epiſcopus. Cum omnium ſit Chriſti fidelium divinum pro modulo ſuo ordinare & ampliare cultum & ſervicium, maxime noſtrum eſt, & omnium eorum, qui noſtri ordinis & nominis ſunt, ut hoc facere ſtudeant, quantum Deo inſpirante & adiuvante ſciunt, & poſſunt. Unde & nos hac habita conſideracione, nec non pro dilecti fratris noſtri *Sigihardi* Wezzinsprunenſis Abbatis humili petitione, Eccleſiam quamdam novam in loco ſuo, ipſo patrante conſtructam & in honore ſancti Iohannis Baptiſte dedicatam, Baptismalem eſſe volumus, & hoc ex officii noſtri auctoritate firmamus, & inviolabiliter conſtituimus, attribuentes, & atterminantes eidem Baptismali Eccleſie populum & decimas totius circumjacentis ville, dividendas fratrum neceſſitati & ipſius Eccleſie ſacerdoti, videlicet ut due partes earum ad fratrum ſuſtentacionem noſtra diſpenſacione pertineat, tertia ſacerdoti remaneat. Nichil nobis de noſtra parte retinentes, nihil penitus excipientes preter decimas unius manſi, que dande ſunt pauperibus in Hoſpitale. Preterea eidem Eccleſie aſſignamus, & attitulamus decimas de quibusdam *Ducis Heinrici*, ipſo conſentiente, novalibus iuxta appoſitis, cultis & colendis cum univerſis colonis & habitationibus eorundem novalium, tam futuris, quam preſentibus: ea videlicet lege & conditione, ut in ſupradicta Eccleſia infantes eorum baptiſentur, mortui ſepeliantur: Synodus Archidiaconi celebretur, cui etiam ſervicium ex Eccleſie decimis in pretermiſſe perſolvatur. Ut autem hec eiusdem Eccleſie iuſtitia & terminus permaneat ſemper immobilis & inconvulſus, hoc privilegium conſcribi, & ſigilli noſtri impreſſione inſigniri precepimus. Inſuper etiam decimationes illas, quas Eccleſia ſancti Petri Apoſtoli antiquo iure obtinuit, eandem & nos eidem Eccleſie pro

ſancti Petri Apoſtoli veneratione integre permittimus, & ne quis temerarius aliquid horum ſacrilega manu infringere preſumat, ſub Anathemate prohibemus & omnimodis interdicimus. Huius conceſſionis & atterminacionis & confirmationis. T. ſ. *Cunradus Vice-Dominus*, *Hiltoprecht illius Regionis Archidiaconus*, *Sigibotto*, *Uto*, *Weginhardus Archidiaconus*, *Herimanus Cuſtos Eccleſie*, *Hiltiprechtus Wiſinſtaigenſis Prepoſitus*, *& Capellanus*, *Rudiger Notarius*. Acta ſunt hec vero anno dominice incarnationis 1128. Indict. VI. II. Kal. Marcii, regnante Lothario Rege.

Num. V. Decimæ de Riesbach. 1139.

In nomine Domini noſtri IEſu Chriſti feliciter in perpetuum Amen. Notum ſit omnibus Chriſti fidelibus tam futuris, quam preſentibus, qualiter ego *Heinricus* Dei gratia licet indignus Ratisponenſis Epiſcopus ob patrocinium ſancti Michaelis Archangeli & meritum ſancte Wolffindis Virginis & Martyris, trado Eccleſie de Riſpach omnes decimas ad eam antiquitus pertinentes: in quo facto ſecuti ſumus auctoritatem venerabilis predeceſſoris noſtri Hartwici Epiſcopi, qui decimas antiquas nominatim de Hawartisriethen, dum eandem Eccleſiam titularem dedicaret, ad matricem Eccleſiam de Risbach ſub iure Anathematis terminavit. Veniens autem ad nos venerabilis Abbas Wezzinbrunenſis, Walto, ſua imitabili humilitate & deprecabili poſtulatione, obtinuit in Conventu totius Capituli noſtri, ut ei traderemus & allegaremus omnia iam facta, vel adhuc facienda in eodem territorio novalia. Recognovimus etiam, audita a quibusdam noſtris veracibus legatis relatione, legitimo quodam Concambio cuiusdam liberi predii nobilium virorum, quod adhuc in proprietate Ratisponenſis Eccleſie eſſe cognoſcitur, decimas illas Epiſcopales concambitas fuiſſe. Igitur ſicut nos audivimus, ſic & credidimus. Preterea quia recognovimus nos ſpecialiter debito-

res debere eſſe predicte Wezzinbrunenſis Eccleſie, ex propria benevolentia noſtra contulimus ei Eccleſiam illam de Engilmariſperge cum omni iure ſuo. Quapropter precipimus omnibus ſubditis noſtris, nunc viventibus & poſt nos futuris conſulimus, ut iam prenominatum Wezzinbrunenſe cenobium cum omni pace & quiete permittatur poſſidere duas partes decime tam manſorum integrorum, quam dimidiorum, & tam agrorum ad cultores agris pertinentium, quam novalium ſicut diximus factorum, vel adhuc faciendorum in territorio de Riſpach, & Hawartisriethen & Engilmariſperge, absque aliis Capellis. Huic facto & aſſertioni interfuerunt cari fratres noſtri & Domini Abbas ſancti Hemerans, Abbas de Piburck, & de Madelhartisdorf, & de Alta, & de Ensdorf, & de Maynſe. Complacuit etiam maioribus Chori noſtri Canonicis & fratribus predicta allegacio ſcilicet Engilberto Prepoſito, & Altmano Presbitero, & Heinrico Vicario noſtro in pago danubico, & Gotefrido Archipresbitero in pago Norico, & Wolfhero Eccleſie S. Petri Theſaurario, ymmo & omnibus melioribus totius Epiſcopatus noſtri ſacerdotibus. Qua propter quod fecimus, ne quis ſucceſſorum noſtrorum deſtruat, auctoritate Dei & ſanctorum Apoſtolorum Petri & Pauli, & Domini noſtri Pape Innocentii ſub vinculo Anathematis interdicimus. Signum Domini Heinrici Ratisponenſis Epiſcopi ab incarnatione Domini M. C. 39. indictione II. anno Regni Domini Chunradi ſereniſſimi Regis Romanorum ſecundo. Actum Ratisbone in Dei nomine feliciter, Amen.

Num. VI. Privilegium Innocentii II. P. M. 1141.

Innocentius Epiſcopus ſervus ſervorum Dei dilectis filiis *Waltoni* Wezzensbrunenſi Abbati eiusque fratribus tam preſentibus quam futuris regulariter ſubſtituendis in perpetuum. Ad hoc univerſalis Eccleſie cura nobis a proviſore omnium bonorum Deo commiſſa eſt, ut religioſas perſonas & earum diligamus Eccleſias, &

ne

ne pravorum hominum infeſtationibus rerum ſuarum detrimenta ſuſtineant Apoſtolice defenſionis moderamine nos convenit providere. Ea propter dilecti in domino filii veſtris iuſtis poſtulationibus paterna benignitate annuimus, & Wezzinbrunnenſe monaſterium, in quo divino mancipati eſtis obſequio ſub beati Petri & noſtra protectione ſuſcipimus, & preſentis ſcripti privilegio communimus. Statuentes, ut ordo monaſticus, qui ſecundum beati Benedicti Regulam in eodem monaſterio inſtitutus eſſe cognoſcitur perpetuis futuris temporibus ibidem inviolabiliter obſervetur. Preterea quaſcunque poſſeſſiones, quecunque bona idem monaſterium in preſentiarum iuſte & canonice poſſidet, aut in futurum conceſſione pontificum, largitione Regum, vel principum, oblatione fidelium ſeu aliis iuſtis modis, Deo propitio, poterit adipiſci, firma vobis veſtrisque ſucceſſoribus & illibata permaneant. In quibus hec propriis nominibus duximus exprimenda: duas partes videlicet decime de Risbach, ſicut a venerabili fratre noſtro *Henrico* Ratisponenſi Epiſcopo vobis rationabiliter conceſſe ſunt, & ſcripto ſuo firmate. Predia videlicet hec Achſellwanc, Panzingen, Piberbach, Waltenberc, Wolmutſahe, Gutingen, Gezines, Izenes. Sancimus etiam ut nullus ipſius loci advocaciam ſibi uſurpare vel ab aliquo recipere audeat niſi quem Abbas & fratres ſecundum Dei timorem & ipſius Monaſterii utilitatem communiter providerint eligendum. In Eccleſiis quoque, que iuris veſtri monaſterii eſſe noſcuntur, quemadmodum in generalibus conciliis ſtatutum eſt, aſſenſu & conſilio veſtro presbiteri ſtatuantur. Porro ſuper decimis a fratribus noſtris *Wolfgango* Ratisponenſi & *Udalrico* Auguſtenſi Epiſcopis Eccleſie veſtre conceſſis, ſucceſſoribus ſuis nullatenus liceat vos auſu temerario fatigare aut aliquam vobis infere moleſtiam. De fundo quoque veſtri Monaſterii, ſeu etiam de novalibus aut aliis laboribus veſtris, quos propriis manibus ſumptibusque colligitis, iuxta quod

a nobis in generalibus eſt ſtatutum conciliis, a vobis exigi decimas auctoritate apoſtolica prohibemus. Nulli etiam fratrum veſtrorum fas ſit poſt factam in eodem Monaſterio profeſſionem abſque Abbatis vel fratrum licentia inde diſcedere vel ad alia loca tranſire; diſcedentem vero nullus Epiſcoporum vel Abbatum ſuſcipere audeat vel retinere. Ad hec preſenti decreto ſancimus, ut nulli Epiſcoporum licencia pateat angarias, vel alias exactiones Monaſtice quieti & utilitati contrarias vobis vel Eccleſie veſtre imponere. Porro ſepulturam ipſius loci omnino liberam eſſe decernimus, ut eorum, qui ſe illic ſepeliri deliberaverint devotioni & extreme voluntati, niſi excommunicati ſint, nullus obſiſtat. Nulli ego Regum, Ducum, Marchionum vel aliorum hominum fas ſit, prefatum Monaſterium ſuper hac noſtra conſtitutione temere perturbare aut eius poſſeſſiones auferre vel oblatas retinere, minuere aut quibuslibet vexationibus infeſtare, ſed omnia integra conſerventur veſtris uſibus omnimodis profutura. Si quis autem huius noſtri decreti paginam ſciens contra eam temere venire temptaverit, ſecundo tertiove commonitus, niſi reatum ſuum congrue emendaverit, indignationem omnipotentis Dei & beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum eius incurrat; & excommunicationi ſubiaceat: conſervantes vero hanc, eorundem Apoſtolorum benedictionem & gratiam conſequantur, Amen. Ego *Innocentius* Catholice Eccleſie Epiſcopus, ego *Gregorius* Diac. Card. SS. Sergii & Bacchi, ego *Gerardus* presbiter Card. S. Crucis in Ieruſalem, ego *Ivo* presbiter Card. SS. Laurentii & Damaſi. Dat. Lateran. per manus Baronis Capellani & Scriptoris XII. Kal. Decembris, Indictione V. Incarnationis dominice anno MCXLI. Pontificatus vero Domini *Innoc.* Pape II. anno duodecimo.

Num. VII. Decimæ Bergenſes. An. 1149.

In nomine Sancte & invidue Trinitatis Amen. *Waltherus* Auguſtenſis Eccleſie Epiſcopus dilecto in Chriſto filio *Waltoni* Abbati

bati Weſſinensbrunenſis Eccleſie eiusque ſucceſſoribus in perpetuum. Venerabilium cura locorum nos amonet de ipſorum quiete & utilitate ſolicite providere, & pro eorum precipue pro quibus Apoſtolice ſedis altitudo dignatur intercedere. Quam ob rem dilecte in Domino fili *Walto* Abba iuxta mandatum & interceſſionem venerandi Patris noſtri & Domini Pape *Eugenii*, tuis racionabilibus petitionibus clementer annuimus, & Wezzinsbrunenſem Eccleſiam cui authore Deo preeſſe dinoſceris, ... iuxta mandatum Domini Pape, ut dictum eſt, concedentes & confirmantes eidem Eccleſie partes duas decime in Perge & de Eccleſia in Potzenhuſen quas tempore predeceſſoris bone memorie *Hermani* Epiſcopi eadem Eccleſia poſſediſſe noſcitur. Nulli ergo Epiſcopo, ſucceſſori noſtro, nulli omnino hominum fas ſit predictam Eccleſiam perturbare aut dècimas illas inde aufferre, vel ablatas retinere, vel minuere, ſed integre conſerventur veſtris ac pauperum uſibus omnimode profuture. Si quis igitur huic noſtre conſtitutioni temere contraire temptaverit, ſecundo tertiove commonitus, ſi non preſumptionem ſuam congrua ſatisfactione correxerit, poteſtatis honoriſque ſui dignitate careat, reumque ſe divino iudicio exiſtere de perpatrata iniquitate cognoſcat, atque a ſacratiſſimo corpore ac ſanguine Dei & Domini Redemptoris noſtri Ieſu Chriſti alienus fiat, atque in extremo examine diſtricte ulcioni ſubiaceat. Cunctis autem eidem Eccleſie ſua iura ſervantibus ſit gratia & pax Domini noſtri Ieſu Chriſti, quatenus & hic fructum bone actionis percipiant, & ante diſtrictum iudicem premia eterne pacis inveniant amen. H. r. t. ſ. *Rudigerus Archidiaconus*, *Chonradus Archipresbiter*, *Rupertus Prepoſitus Sancti Petri Johannes medicus*. Actum anno Dominice Incarnationis 1149. Indictione XII. quarto decimo Kal. Iunii preſidente *Eugenio* Papa III. regnante *Conrado* Romanorum Rege tertio.

Num.

Num. VIII. Remotio Subadvocatorum. An. 1155.

In nomine ſancte, & individue Trinitatis amen. *Fridericus* Dei favente Clementia Romanorum Imperator, ſemper Auguſtus. Notum ſit omnibus tam futuris, quam preſentibus, Chriſti fidelibus, quod ſicut temporibus anteceſſorum noſtrorum Regum ſeu Imperatorem. *Heinr.*, *Louthatii*, nec non dive recordationis *Chunr.* Auguſti violentia Advocatorum ab Eccleſiis remota eſt iuſtitia dictante: ita quod nulla Eccleſia Subadvocatum habere debeat: ſic noſtris quoque temporibus iudicium curie noſtre de removendis Subadvocatis ſententiam protulit, uſque adeo; quod ſiquis principalis Advocatus Subadvocatum ſibi conſtituat, vel paciatur, eiusdem Advocatie beneficium ammittat. Noſtrorum igitur anteceſſorum auctoritatem ſervantes, ſtatuimus ut in Abbatia Wezzinsbrunenſi, cuius Advocatus *Heinricus* Dux Saxonie eſſe dinoſcitur, Subadvocatus nullus unquam conſtituatur, & ſi qui hactenus ibidem Subadvocati eſſe videntur, omnino removeantur. Decedente vero memorato Duce H. liberam facultatem habeat Abbas ſive Conventus eiusdem cenobii, quemcunque voluerint ſibi ſubſtituendi Advocatum. Preterea, quecunque ſervicia ab eadem Abbacia noſtris ſucceſſoribus ſeu nobis iure perſolvenda noſcuntur, amore Dei omnipotentis, omniumque Sanctorum in perpetuum remittimus, & ab eodem debito eam penitus imperiali auctoritate abſolvimus: firmiter ſtatuentes, ut a nullo ſucceſſorum noſtrorum Regum ſeu Imperatorum hec noſtra inſtitutio immutetur. Inſuper imperatoria auctoritate concedimus, & ſtatuimus, ut quicunque de bonis eiusdem Eccleſie ab imperio inbeneficiati illa eidem Eccleſie remittere, & ius beneficii abnegare divine pietatis intuitu voluerint, abnegent & Eccleſie remittant, quo uſque eadem Eccleſia quinquaginra manſos & non amplius, de ipſis bonis ab imperio inbeneficiatis, ad uſum & proprietatem ſuam recipiat.

recipiat. Et ut hec omnia rata & inconvulſa permaneant, preſentem paginam ſigilli noſtri impreſſione ſignari precepimus. Teſtes autem huius rei ſubſcribi fecimus, quorum nomina hec ſunt. *Conradus Auguſtenſis Epiſcopus, Welfo Dux, Bertoldus Dux de Zaringen, Hugo Comes de Tibingen, Gotfridus Comes de Zolern, Gotfridus Comes de Runeſperick, Adelbertus Comes de Lewenſtein.* Signum Domini *Friderici* Romanor. Imp. inviſtiſſimi. XII. Kal. Oct. Actum in Bitengowe anno Dominice Incarnationis MCLV. indictione III. regnante *Friderico* Romanorum Imperatore Auguſto anno vero regni quarto, Imperii eius primo.

Num. IX. Privilegium Alexandri III. P. M. 1179.

Alexander ſervus ſervorum Dei dilectis filiis *Sigibaldo* Weſſenbrunenſi Abbati eiusque fratribus tam preſentibus, quam futuris vitam regularem profeſſis in perpetuam rei memoriam. Religioſam vitam eligentibus apoſtolicum convenit adeſſe preſidium, ne forte cuiuslibet temeritatis incurſus aut eos a propoſito avocet, aut robur, quod abſit, ſacre religionis infringatur. Ea propter dilecti in Domino filii veſtris iuſtis poſtulationibus clementer annuimus, & Weſſinbrunenſe monaſterium, in quo divino mancipatis eſtis obſequio ad exemplar Patris & Predeceſſoris noſtri felicis recordationis Innocentii Pape, ſub beati Petri, & noſtra protectione ſuſcipimus, & preſentis ſcripti privilegio communimus. In primis ſiquidem ſtatuentes ut ordo monaſticus, qui ſecundum Deum & beati Benedicti regulam in eodem monaſterio inſtitutus eſſe dinoſcitur, perpetuis ibidem temporibus inviolabiliter obſervetur. Preterea quascunque poſſeſſiones, quecunque bona idem monaſterium inpreſentiarum iuſte & canonice poſſidet, aut in futurum conceſſione pontificum, largitione Regum vel Principum, oblacione fidelium, ſeu aliis iuſtis modis preſtante Domino poterit adipiſci, firma vobis, veſtrisque ſucceſſoribus & illibata

permaneant. In quibus hec propriis duximus exprimenda vocabulis: duas videlicet partes omnis tam minoris quam maioris decime in Riſpach, ſicut a diebus bone memorie Wolfgangi Ratiſponenſis Epiſcopi veſtra Eccleſia tenuiſſe cognoſcitur, cum decima in Birſewalda & Eccleſia baptismali in ipſo monaſterii domate conſtituta, quam in manu & cura Abbatis & fratrum eiusdem loci ſicut usque nunc fuiſſe dinoſcitur, & in poſterum ſtare decernimus: decimas in Taidinswanc, Taidischoven, Mullhuſen, Buccineshoven, Pflugdorf ſingulas cum ſuis appendiciis; decimas Rezingen, Phetine, Kaltenberg, Geltendorf, Pozinhuſen, Gerenshuſen, Rameſowe, Pergen, Iſinbrechteszella, Hoancella, Moremvis, Albericheshoven, Remberteshoven, cum ſuis appendiciis; decimam Berchoven cum ſuis appendiciis, decimam Menzingen, decimam Raiſtingen, & duas partes decime in Moſſe. De prefatis Eccleſiis, que in fundo monaſterii ſite ſunt, ſicut in generalibus Conciliis ſtatutum eſt, preſentationes ſubſtituendorum ſacerdotum Abbatis & fratrum eſſe debere ſancimus; Aſcheleswanc, Panzingen, Biberbach, Rota, Liebrechtesrieth, Wollmutes ac Gezines, cum omnibus veteribus & novis manſis, qui iuſta & legitima ad Eccleſiam veſtram donatione venerunt. Sane novalium veſtrorum, que propriis manibus aut ſumptibus colitis, ſive de nutrimentis veſtrorum animalium nullus a vobis decimas preſumat exigere. Nulli etiam fratrum veſtrorum, poſt factam in eodem loco profeſſionem, aliqua levitate, ſine Abbatis ſui licentia, fas ſit de clauſtro diſcedere. Diſcedentem vero absque communium literarum cautione nullus audeat retinere. Sepulturam quoque ipſius loci liberam eſſe decernimus, ut eorum devotioni & extreme voluntati, qui ſe illic ſepelliri deliberaverint, niſi forte excommunicati, vel interdicti ſint, nullus obſiſtat: ſalva tamen iuſtitia illarum Eccleſiarum, a quibus mortuorum corpora aſſummuntur. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat monaſterium veſtrum temere perturbare

turbare, aut eius poſſeſſiones aufferre, vel ablatas retinere, minuere, ſeu quibuslibet vexationibus fatigare, ſed omnia integra conſerventur, eorum pro quorum gubernacione ac ſuſtentatione conceſſa ſunt, uſibus omnimodis profutura: ſalva ſedis apoſtolice auctoritate, & Dioceſani Epiſcopi canonica iuſtitia. Siqua igitur in futurum Eccleſiaſtica ſecularisve perſona hanc conſtitutionis noſtre paginam ſciens contra eam venire temptaverit, ſecundo tertiove commonita, niſi preſumptionem ſuam congrua ſatisfactione correxerit, poteſtatis honoriſque ſui careat dignitate, reamque ſe divino iudicio exiſtere de perpetrata iniquitate cognoſcat, & a ſacratiſſimo corpore ac ſanguine Dei & Domini redemptoris noſtri IEſu Chriſti aliena fiat, atque in extremo examine diſtricte ultioni ſubiaceat. Cunctis autem eidem loco ſua iura ſervàntibus ſit pax Domini noſtri IEſu Chriſti, quatenus & hic fructum bone actionis percipiant, & apud diſtrictum iudicem premia eterne pacis inveniant Amen. Ego *Alexander* Eccleſie Catholice Epiſcopus. Ego *Hugo* Pbr. Card. tt. ſancti Clementis, ego *Matheus* Pbr. tt. S. Marcelli, ego *Hubaldus* Hoſtienſis Epiſcopus ſubſcripſi, ego *Theodinus* Porthuenſis & S. Ruffine Epiſcopus ss. ego *Bernered* Preneſtinenſis Epiſcopus ss. ego *Gratianus* Diaconus Card. Coſme & Damiani, ego *Aſath.* S. Mariæ Diac. Card. Datum Sigine per manum Alberti S. Romane Eccleſie Prbr. Card. & Cancellarii XIV. Cal. Octob. Indict. XII. incarnatione Dominice 1179. Pontificatus vero Domini Alexandri Pape tertii anno vigeſimo.

Num. X. Decimæ in Menzingen, 1212.

Otto Dei gratia Friſingenſis Epiſcopus ſecundus feliciter Amen. Notum ſit omnibus tam futuris, quam preſentibus, quod cum cenobium Wezzinbrunenſe legitime, & quiete poſſideret quandam curiam in Menzzingen, decimas vero eiusdem Curie a nobis

& anteceſſoribus noſtris multo tempore ſine lite poſſediſſet, *Eberhardus miles de Swabingen* cepit Abbatem eiusdem loci impetere, aſſerens, decimas eiusdem curie ad ſe pertinere; que contentio pro voluntate & arbitrio noſtro, taliter ſopita eſt, quod dictus Eberhardus renuntiavit omni iuri, quod ſe in decimationibus eiusdem curie profitebatur habere, & Dominus Abbas ſolus optineat omnes decimationes que dantur de agricultura, que antiquitus inſerta eſt ipſi curie. Nec Dominus Eberhardus vel aliquis in poſterum de ſucceſſione ſua, habebit poteſtatem de hiis aliquid repetendi, vel querimoniam contra prefatum cenobium ſuper hiis amplius movendi, nec quisquam alius. De reliquis vero agris ad culturam curie non pertinentibus ſive ſint inſerte ipſi curie, ſive alias excollantur, memoratus *Eberhardus* decimacionem pro parte ſua recipiet. Huius rei teſtes ſunt. *Chunradus maioris Eccleſie Decanus*, *Heinricus Prepoſitus Sancti Viti*, *Conradus Prepoſitus de Moſeburch*, *Tagino Prepoſitus de Slierſe*. *Pabo Prepoſitus de Iſene*, *Ulricus Vicedominus Ducis*, *Heinricus de Struzdorf*, *Fridericus Sappo*, *Wernhardus Canonicus*, *Eberhardus de Wilheim Ortwinus de Humbeln*, *Geroldus Canonicus*, *Liutpoldus Canonicus*, *Gotfridus Canonicus*, *Siboto Pulcher panis*. Item de miniſterialibus & aliis, *Heinricus liber de Paingen*, *Rudolfus de Waldekke & frater ſuus Otto*, *Sigehardus de Hittenfurt*, *Heinricus Camerarius*, *Heinricus Pincernarius*, *Guntherus Marſcalcus*, *Sigehardus Dapifer*, *Heinricus de Vagen*, *& frater ſuus Otto*, *Heinricus Vertingus*, *Heinricus de Wacheringen*, *Fridericus de Swabingen*, *Heinricus Conceo*, *Fridericus de Wippenhem*, *Heinricus de Niwertingen*, *Sigehardus de Paſingen*, *& frater ſuus Otto*, *Diepoldus de Menzzingen* & alii quam plures. Factum eſt hoc anno Domini 1212. Menſe Iunio XV. die Kal. Iulii.

Num. XI. Parochia Landsbergenſis. An. 1219.

Honorius Epiſcopus ſervus ſervorum Dei dilectis filiis Abbati & Conventui in Weſſinsbrunen ſancti Petri ſalutem & Apoſtolicam benedictionem. Sacroſancta Romana Eccleſia devotos & humiles filios ex aſſuete pietatis officio propenſius diligere conſuevit, & ne pravorum hominum moleſtiis agitentur, eos tanquam pia mater ſue protectionis munimine confovere. Ea propter dilecti in Domino filii veſtris iuſtis precibus inclinati, perſonas veſtras & locum, in quo divino eſtis obſequio mancipati, cum omnibus bonis tam eccleſiaſticis quam mundanis, que in preſentiarum rationabiliter poſſidetis, aut in futurum iuſtis modis preſtante Domino poteritis adipiſci, ſub beati Petri & noſtra protectione ſuſcipimus: ſpecialiter autem Eccleſiam Phetine, quam canonice & quiete poſſidetis, poſt deceſſum clerici ad uſus Monaſterii veſtri ſalvo iure dieceſani vobis & per vos monaſterio veſtro auctoritate apoſtolica confirmamus & preſentis ſcripti patrocinio communimus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtre protectionis & confirmationis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare preſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei & beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum eius ſe noverit incurſurum. Datum Alatri decimo tertio Calendas Iunii Pontificatus noſtri anno ſexto.

Num. XII. Protectorium Honorii III. An. 1219.

Honorius Epiſcopus ſervus ſervorum Dei dilectis filiis . . Prepoſito . . Cuſtodi . . Scholaſtico Auguſtenſibus ſalutem & apoſtolicam benedictionem. Dilecti filii . . Abbas & Conventus in Weſſenbrun nobis conquerendo monſtrarunt, quod C. miles & S. frater eius *de Fronhoven* Auguſtenſis & Conſtantienſis Dioeceſis quondam boves, pecudes, & res alias ipſorum eis per violen-

tiam abſtulerunt, & reddere contradicunt. Ideoque diſcretioni veſtre per apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus partibus convocatis audiatis cauſam, & appellatione remota fine debito terminetis. Facientes, quod decreveritis per cenſuram Eccleſiaſticam firmiter obſervari. Teſtes autem qui fuerint nominatit, ſi ſe gratia, odio vel timore ſubtraxerint, per diſtrictionem eandem appellatione ceſſante cogatis veritati teſtimonium perhibere. Quodſi non omnes his exequendis potuerit intereſſe, duo veſtrum ea nihilominus exequantur. Data Alatri ſeptimo idus Maii Pontificatus noſtri anno ſexto.

Num. XIII. Donatio. An. 1220.

In nomine ſancte, & individue Trinitatis, notum ſit univerſis Chriſti fidelibus, preſentem litteram inſpecturis, quod Dominus *Conradus Miles de Grunhartshoven* annuente uxore ſua pro remedio animarum ſuarum curtem quandam in Pennenriet, que proprietatis iure a progenitoribus ſuis ſibi hereditarie attinere cognoſcitur, Eccleſie ſancti Petri in Wezzinsbrunen cum omnibus attinentiis ſuis ubique locorum contradidit, poſt obitum vite ſue nullo obſtaculo impediente perpetuo poſſidendam. Predictus etiam miles dimidiam partem cuiusdam curie, que dicitur Sechſenriet, & quosdam homines *Sigehardum* videlicet cum omni parentela ſua prefate Eccleſie pro ſex talentis contulit, tali conditione, ſi ſepedictus miles abſque liberis de hac vita migraverit, dimidia pars illius curie, que ipſum iure proprietatis contingit, cum hominibus pretaxatis libere ſuccedat in uſus premiſſe Eccleſie: ſi vero liberos genuerit, *qui iure debeant hereditatem patris accedere*, ipſe quantitatem ſupradicte peccunie tenetur competenter memorate Eccleſie recompenſare. Ut autem pactum huius donacionis ratum & inconvulſum omnino obſervetur, preſentem paginulam ſigillis noſtris, & forma ſubſcriptorum teſtium roboratam

affig-

aſſignamus. Hii teſtes ſunt, *Dominus Chunradus Abbas*, *Conradus Pozzo*, *Fridericus & Frater eius de Ludenhuſen*, *Rudigerus de Hunſolingen*, *& Perchtoldus de Sylmingen*, *Wernherus de Celle Sacerdotes Dietricus de Pfiugdorf*, *Ulricus de Egelingen*, *Diaconi. Rupertus de Stetwanck*, *Hermannus de Phlurlingen*, *Subdiaconi. Marchquardus Huxzo*, *Conradus de Durginvelt & cognatus eius Otto. Dietricus Anphora*, *Ulricus de Ludenhuſen*, *Heinricus de Grut*, *milites. Otto Rumbel*, *Perchtoldus de Richlingen & fratres ſui Heinricus & Weringandus*, *Heinricus de Schelinswanck*, *& fratres ſui Conradus & Wernherus Heinricus Preco. Pruntſikardus & frater eius Epplinuc*, *Marchwardus de Morenwis*, *Ludwicus & filii ſui Chunradus*, *Heinricus*, *Ulricus. Meinhardus Piſtor. Conradus Gruſ. Wernherus de Granthovek*, *& filius ſuus Stephanus Domeſtici* & alii quam plures teſtes idonei.

Num. XIV. Donatio Friderici II. Imp. An. 1221.

Fridericus ſecundus divina favente clementia Romanorum Imperator, ſemper Auguſtus, & Rex Sicilie, omnibus ſalutem in perpetuum. Ex innata nobis imperiali munificentia communitatibus Eccleſiarum, ſpecialiter earum, que ad nos pertinent, earumque paupertati benigna manu ſubvenire intendentes, preſencium teſtimonio ad notitiam preſentium, atque ad memoriam pervenire volumus futurorum, quod nos pro remedio animarum divorum progenitorum noſtrorum, noſtreque ſalutis ſucceſſu damus, atque tradimus & titulo perpetue poſſeſſionis confirmamus Eccleſie in Wezzinsbrunen, Abbatibus atque conventui ibidem de cetero Deo ſervituris, videlicet *Tſingerum de Rorenmos*, *Marquardum* cum dimidio manſo, *Chunradum de Borſtadele*, conſiſtentes in quodam novali ad noſtrum dominium pertinente. Volumus igitur, atque decernimus, ut Abbates & conventus predicti cenobii homines antedictos & locum, terram, nemus, ſive novale in quo habitant cum omni iure & honore, ſicut hactenus ad nos pertinebant, ex

omni

omni parte, cum introitu & exitu ex noſtra imperiali colatione, ſeu donatione, habeant, teneant, atque poſſideant, ſine alicuius contradictione: ita quod nullus nuncius noſter aliquid inde a Monaſterio ſervicium requirat memorato. Ad huius igitur rei perpetuo valiture evidentiam maiorem, robur, atque memoriam hoc ſcriptum inde fieri iuſſimus ſigillo Maieſtatis noſtre communitum. Teſtes *Pertoldus Patriarcha Aquilegenſis, Sifridus Moguntinenſis Archiepiſcopus, Sifridus Auguſtenſis, Bertholdus Brixinenſis Epiſcopi. Albertus Trident. electus, Ludewicus Comes Palatinus Reni Dux Bawarie, Anſelmus Marſcalcus, Wernherus Dapifer*, & alii plures. Signum Dñi *Friderici II.* Rom. Imp. invictiſſimi. Ego *Chonradus* Metenſis & Spirenſis Epiſcopus Imperialis aule cancellarius recognovi. Datum in caſtris prope Roſulum montem iuxta Sutrium anno Domini, 1221. Indict. VIIII. Septimo Kal. Decembris, feliciter anno Imperii Invictiſſimi Domini noſtri *Friderici* primo.

Num. XV. Privilegium Frid. II. Imp. An. 1221.

Fridericus ſecundus divina favente Clementia Romanorum Imperator ſemper Auguſtus Rex Sicilie omnibus ſalutem in perpetuum. Quia de commiſſa nobis a Deo ſubſtantia Chriſti pauperibus erogare tenemur particulam, & ſanctarum Eccleſiarum profectum que noſtris reatibus acquirit veniam, & eterne ſortis ad premia nos conducit, promovere: holocauſtum enim illius particule, quam vel mater Eccleſia vel egeni ſuſcipiunt, vel que tranſit fideliter in uſus pauperum pro delictis noſtris inceſſanter ſupplicat, inſtanter intervenit, manſionem edificat in terra viventium, & celleſtis regni pallatio nos aſſcribit! Hinc eſt, quod ego *Fridericus* Imperator & Rex Sicilie preſentis ſcripti confirmacione *omnibus miniſterialibus vel ſine compede progenitis, aule Imperiali attinentibus, ſignifico*, quod Eccleſia ſancti Petri in Wezzinsbrunen, que a felicibus beate memorie parentibus noſtris fundata, & ditata, & ſpecialis

cialis dilectionis graciam apud ipſos adepta recognoſcitur: Nos quoque eadem dilectionis plenitudine ipſi Eccleſię omni inſtantia ſubvenire, & ſtructuram ipſius protendere delectat. Univerſis etiam miniſterialibus Aule imperiali ſubiacentibus, manifeſte indicimus, quod quicunque predia, vel aliquos redditus eidem Eccleſie ad uſum fratrum inibi Deo ſervientium & omnium pauperum, viatorumque ſupervenientium tradere deliberaverint, ex licentia noſtra, quam etiam a parentibus noſtris ipſi Eccleſie datam eſſe non ambigimus, mente benivola fieri permittimus. Preterea principibus & nobilibus viris, qui predia ipſius Eccleſie, cum quibus fundata extitit ex iure conceſſo poſſident fideliter, ſuademus & favore noſtre auctoritatis concedimus, quatinus inſtinctu ſpiritus timoris Domini, ablata eidem Eccleſie predia ad eius protenſionem & ſuſtentacionem fideliter reſtituant. Et ne quis ſcriptum frivolum eſſe preſumat, noſtri impreſſione ſigilli fieri iuſſimus communitum. Huius imperialis iudicii teſtes ſunt. *Bertholdus Patriarcha Aquilegienſis, Conradus Imperialis Aule Cancellarius, Sifridus Moguntinenſis Archiepiſcopus, Sifridus Auguſtenſis Bertholdus, Brixinenſis Epiſcopis, Alberberdus Trident. Electus. Ludewicus Comes Palatinus Reni, Dux Bawarie, Anſelmus Marſcalcus, Wernherus Dapifer*, & alii quam plures: datum in caſtris prope montem Raſulum iuxta Sutrium anno Domini 1221. Indict. VIIII. Septimo Kal. Decembris anno Imperii invictiſſimi Domini noſtri *Friderici* primo.

Num. XVI. Pro Parochia Rot. An. 1226.

In nomine Sancte & individue Trinitatis. Ego Seifridus Dei gra. Auguſtenſis Eccleſie Epiſcopus: Cum ex officio paſtoralis dignitatis noſtre cunctis Eccleſiis noſtre Dyoceſis, maxime tamen religioſis ac religioſam vitam ducentibus in petitionibus idoneis nobis porrectis benefacere atque propenſius providere tenemur: Volumus ſicut debemus ut hiis providens & habundans adhibeatur cautela,

que bene ac rationabiliter a nobis geruntur, ne vel proceſſu temporum vel vicio fragilis memorie racionabiliter a nobis geſta in irritum deducantur, aut alia quocunque cauſſa diſſolvi valeant. Cuius rei gratia notum fieri volumus omnibus ac ſingulis Chriſti fidelibus, ad quos preſens devenerit pagina, tam futuris, quam preſentibus, cum Zenobium in Wezzinsbrunen bone ac laudabilis fame, propter honeſtam & aſſiduam hoſpitalitatem, que ibidem ab antiquo viguit, & eiusdem monaſterii reedificationem magnum ſuſtinuiſſet rerum defectum, nec eius inopie quispiam ſubveniret; quod nos pie in Domino, ob petitionem dilecti fratris noſtri *Cunradi* ibidem Abbatis & conventus, defectui eius compacientes, Ecleſiam in *Rote* cum ipſam vacare cepiſſet, ad habundanciorem ſuſtentationem neceſſariorum; cum ius patronatus eiusdem Ecclesie ad ipſum ſpectet cenobium; de communi conſilio & aſſenſu capituli noſtri, pleno iure dedimus & conceſſimus eidem Monaſterio perpetualiter poſſidendam & utendam: ſalvo tamen iure dioceſani & Archidiaconi, qui pro tempore fuerint. Ut autem iſta donatio firma & immutabilis eſſe debeat, & a nullo noſtrorum ſucceſſorum ſeu aliorum latratu malignantium inpugnari valeat, preſentem paginam Sigillo noſtro & capituli noſtri communitam conſcribi fecimus, eidem cenobio in teſtimonium indulgentes. Huius rei teſtes ſunt. *Goteboldus abbas in Nerensheim*, *Pertoldus Prepoſitus in Herbrekitingen*, *Albertus Cuſtos*, *Heinricus de Mendechingin Archidiaconus*, *Hermanus Scolaſticus*, *Ulricus Plebanus*, *Ulricus de Sueningen*, *Ulricus vice Dominus*, *Ulricus Oblaiarius*, *Hainricus Huchingus Archidiaconus*, *Gebehardus de Salurne Diaconus*, *Siboto de Seveldt*, *Conradus de Mulehuſem*, *Sifridus de Inningen*, *Magiſter Wernherus Canonici Auguſtenſis* & alii quam plures ad hoc ſpecialiter vocati, tam Clerici quam laici. Acta ſunt hec anno Dominice Incarnationis 1226. Indictione XIIII. Quarto Idus Novembris, regnante Romanorum Imperatore *Friderico*, & Filio eius Heinrico Romanorum Rege glorioſiſſimo.

Num.

Num. XVII. Pro Parochia Rot. An. 1227.

Gregorius Epiſcopus ſervus ſervorum Dei dilectis filiis Abbati & Conventui in Weſſinsbrunn ſalutem & apoſtolicam benedictionem. Cum a nobis petitur, quod iuſtum & honeſtum eſt, tam vigor equitatis, quam ordo exigit rationis, ut id per ſolicitudinem officii noſtri ad debitum perducatur effectum. Ea propter dilecti in Domino filii veſtris iuſtis poſtulationibus grato concurrentes aſſenſu, Eccleſiam in Rott, quam venerabilis frater noſter, Auguſtenſis Epiſcopus, capituli ſui accedente conſenſu, Monaſterio veſtro pia liberalitate donavit, prout in litteris confectis exinde dicitur plenius contineri, vobis & per vos eidem Monaſterio auctoritate Apoſtolica confirmamus, & preſentis ſcripti patrocinio communimus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtre confirmationis infringere vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare preſumpſerit indignationem omnipotentis Dei & beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum eius ſe noverit incurſurum. Datum Lateran. undecimo Cal. Iunii Pontificatus noſtri anno primo.

Num. XVIII. Aovocatio Panzingenſis. An. 1228.

Heinricus Dei gratia Romanorum Rex & ſemper Auguſtus, univerſis Imperii fidelibus, quibus he litere oſtenſe fuerint, graciam ſuam & omne bonum. Significandum duximus univerſitati veſtre, quod nos de fide & honeſtate dilecti conſanguinei noſtri *Ludowici Ducis Bawarie* preſumentes, ad petitionem Abbatis de Wezzinsbrunen, commiſſimus ei villam Panzzingen & eius Advocatiam fideliter defendendam & procurandam, ipſiusque procurationem ac defenſionem habendam, quo uſque dum noſtre & Abbatis dicte Eccleſie placuerit voluntati: ſtatuentes, & firmiter precipientes, ut nullus ſit, qui contra hanc commiſſionem

nem noſtram venire audeat, vel auſu temerario impedire. Ad huius etiam facti noſtri perhennem memoriam preſens ſcriptum ſigillo noſtro iuſſimus inſigniri: datum aput Auguſtam VI. idus Oct. indictione prima.

Num. XIX. Protectorium Heinrici VII. Germ. Reg. An. 1228.

Heinricus *Dei gracia Romanorum Rex* & ſemper Auguſtus fideli ſuo *Hermano Lupo* graciam ſuam & omne bonum. Mandamus tibi, & firmiter precipimus, ut alodium in Bibirbach, quod Monaſterium in Wezzinsbrunen multo iam tempore in quieta habuit poſſeſſione, ad opus prefati Monaſterii, noſtra auctoritate, protegas & defendas, nec ſuſtineas in allodio illo aliquem iam predicto Monaſterio inferre iniuriam. Si vero *Comes Ludewicus* ſive alius quicunque invadere preſumpſerit, tu illud uſque ad reditum noſtrum in noſtra conſerves protectione.

Num. XX. Protectorium Gregorii IX. P. M. An. 1239.

Gregorius Epiſcopus ſervus ſervorum Dei, dilectis filiis Abbati & Conventui de Weſſinsbrunnen ordinis ſancti Benedicti Auguſtane Dioeceſis ſalutem & Apoſtolicam benedictionem. Quum a nobis petitur quod iuſtum eſt & honeſtum tam vigor equitatis, quam ordo exigit rationis, ut id per ſollicitudinem officii noſtri ad debitum perducamus effectum. Quapropter dilecti in Domino filii veſtris iuſtis poſtulationibus grato concurrentes aſſenſu, perſonas veſtras & Monaſterium in Weſſesbrunnen, in quo divino mancipati eſtis obſequio cum omnibus bonis, que inpreſentiarum rationabiliter poſſidet aut in futurum preſtante Domino iuſtis modis poterit adipiſci, ſub beati Petri & noſtra protectione ſuſcipimus. Specialiter autem terras, poſſeſſiones & alia bona veſtra, ſicut ea omnia iuſte ac pacifice poſſidetis, vobis & eidem mona-

monaſterio per vos auctoritate apoſtolica confirmamus & preſentis ſcripti patrocinio communimus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtre protectionis & confirmationis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Siquis autem hoc attemptare preſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei & beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum eius ſe noverit incurſurum. Datum Lateran. II. id. Aprilis Pontificatus noſtri anno duodecimo.

Num. XXI. Revocatio bonorum alienator. An. 1239.

Gregorius Epiſcopus ſervus ſervorum Dei. Dilectis filiis &c. Abbati de Buron, de Steingaden & de Pollingen Eccleſiarum Prepoſitis Auguſtenſis Dioceſis ſalutem & Apoſtolicam benedictionem. Preſentium vobis auctoritate mandamus, quatenus ea, que de bonis Monaſterii de Weſſenbrunen ordinis ſancti Benedicti, Auguſtenſis Dioceſis, alienata inveneritis illicite vel diſtracta, ad ius & proprietatem eandem legitime revocetis, contradictores per cenſuram Eccleſiaſticam, appellatione poſtpoſita, compeſcendo. Teſtes autem qui fuerint nominati, ſi ſe gratia, odio, vel timore ſubtraxerint, per cenſuram eandem appellatione ceſſante cogatis veritati teſtimonium perhibere: quod ſi non omnes his exequendis potueritis intereſſe, duo veſtrum nihilominus ea exequantur. Data Lateran. idibus Aprilis Pontificatus noſtri anno duodecimo.

Num. XXII. Connubium mancipii. An. 1244.

In nomine Domini Amen. Notum ſit omnibus tam preſentibus, quam futuris, quod cum olim Dominus *Walchunus* Abbas in Wezzesbrunen, & Dominus *Ulricus nobilis de Schwenberch* ſuper contractu cuiusdam femine *Adelheit* nomine, que de familia dicti nobilis eſt, tractatum haberent, ita convenerunt, ut eadem femina cum famulo dicte Eccleſie, dictus *Eit* contraheret, ea ſcilicet

ſcet conditione, ut liberi ab ipſis poſtmodum procreati, ad utroſque ſpectarent, ita quod medietas ad prefatam Eccleſiam, & altera pars ad ipſam nobilem pertineret. Acta ſunt hec anno Domini 1244. in Eccleſia Raitenbuch, quod & idem Conventus proteſtatur, cum *Friderico Milite dicto Kezzelwiech*, & *Hartwido Milite & Heinrico Patre dicte femine*, & *Uulringo & Heinrico fratribus eius* & aliis multis & honeſtis, qui preſentes affuerunt, ubi & filii ipſius nobilis in hoc factum conſenſerunt, quod tam preſcriptis teſtibus quam etiam ſigillis extat roboratum.

Num. XXIII. Parochia Weilheim & Wielenbach. An. 1244.

Otto *Dei gracia Palatinus Comes Reni Dux Bawarie*, univerſis preſentem literam inſpecturis conſtare volumus: quod nos recognitis variis damnis Eccleſie in Wezzinsbrunen pro nobis illatis, ad recompenſacionem earundem Eccleſias in Weilheim & Wielenpach nobis vacantes predicto cenobio contulimus perpetuo poſſidendas. Ne igitur huius donacionis norma in poſterum ab aliquo infirmari vel retractari poſſit, preſentem paginam conſcribi fecimus, & ſigillo noſtro communiri. Datum Munchen Kal. Auguſti anno Domini MCCXLIIII. ſecunda Indictione.

Num. XXIV. Parochiæ Weilheim & Wielenbach. An. 1244.

In nomine Patris & Filii & Spiritus Sancti amen. Sibotto Dei gratia Auguſtenſis Eccleſie Epiſcopus omnibus litere preſentis inſpectoribus ſalutem in Chriſto Ieſu. Notificamus vobis, quod cum quondam ius patronatus Eccleſiarum in Weilhaim & Wielenpach pertinuiſſet ad Dominum *Ottonem illuſtrem Comitem palatinum Rheni & Ducem Bawarie*, eedemque vacare cepiſſent, ipſe reſpiciens gravia damna, que ab eo & ſuis emulis claustro in Wezzinsbrunen multociens fuerant illata, in harum recompenſacionem & pro anime ipſius remedio Eccleſias ipſas pleno iure ad ipſum in eis per-

tinente

ſtinente, donavit clauſtro & Conventui predicto: literas quoque ſuas ſuper hiis nobis & toti capitulo noſtro tranſmiſit, devotiſſime ſupplicans, ut & nos ipſas Eccleſias cum ſuis proventibus donaremus, ad uſus predictorum fratrum Abbatis & Conventui perpetuo deſervituras. Nos vero habito conſilio fratrum noſtrorum & cum ipſis reſpicientes honeſtatem loci & cultum ſacre Religionis, & continua hoſpitalitatis & vera totius caritatis opera, que ibidem ſemper claruerunt; Eccleſias predictas cum omnibus ſuis uſufructibus pleno iure ſuo donavimus, de voluntate & aſſenſu totius capituli noſtri, ſupradictis Abbati, & Conventui perpetuo ſervituras: hoc adiuncto & interpoſito ut perpetuus ibidem Vicarius inſtituatur, cui de conſilio & ſecundum conſiderationem Archidiaconi loci, & aliorum quos ad hos deputavimus, prebenda competens ſecundum qualitatem uſufructuum deputetur, & ſtatuatur in poſterum ſolvenda, cui & in ipſis cura committatur animarum: ſalvo in eisdem iure Dioceſani & Archidiaconi loci. Ut autem hec donacio noſtra de conſilio capituli noſtri habita tam per nos, quam ſucceſſores noſtros rata ſemper habeatur, & obſervetur inconvulſa, literam preſentem in teſtimonium horum Abbati & Conventui predicto contulimus, noſtro & capituli noſtri ſigillo communitam. Datum Auguſte anno Dominice Incarnationis 1244. XV. Kal. Septembris Indictione ſecunda.

Num. XXV. Parochia Landsberg An. 1246.

Conradus divi Auguſti Imperatoris *Friderici* Filius Dei gratia Romanorum in Regem electus, ſemper Auguſtus & heres Regni Ieruſalem, tenore preſentium notum facimus univerſis, quod nos ad preces *Ottonis Comitis Palatini Rheni Ducis Bawarie*, dillecti Principis & ſoceri noſtri, collacionem factam per eum Monaſterio ſancti Petri in Wezisbrunen de Eccleſia in Pheſine pro reverentia Ieſu Chriſti ratam & firmam perpetuo habituros. Unde ad

futuram

futuram memoriam & ſtabilem firmitatem preſens ſcriptum inde fieri, & Sigillo noſtre celſitudinis iuſſimus communiri. Datum aput Auguſtam anno Dominice Incarnationis Mileſimo ducenteſimo quadrageſimo ſexto. Menſe Septembris, quinta indictione.

Num. XXVI. Connubia mancipiorum An. 1260.

In nomine ſancte & individue trinitatis, Amen. Dignum memoria negotium ne morbo pereat oblivionis, preſenti pagina declaratur hanc volentibus intueri. Pateat igitur eisdem quod nos *Heinricus* Dei gratia Burenſis Abbas, & nos *Chunradus* divino munere Wezisprunenſis Abbas, cum venerandis utriusque chori capitulis in idipſum benigne conſentientibus, hoc modo convenimus, & amicitiam ſpecialem cum fraterne dilectionis amore, qui fideliter actenus inter nos & cenobia noſtra floruit, innovare ſtuduimus, & confirmare. Statuimus itaque communiter ut quicunque de familia Wezisbrunenſi ex familia Burenſi, & e converſo, matrimonium contraxerint, propterea non incurrant offenſam dominorum, nec ab ipſis ob hoc aliquod dampnum patiantur. Liberi vero de tali contractu procreati equaliter dividantur, hoc diligenter obſervato, quod ſemper prima proles de copula tali progenita illi cedat Eccleſie, cuius iuri pater ipſius attinebat: hanc diviſionem de hiis etiam fieri volumus, qui dudum de noſtris ſimili modo contraxerunt. Ut igitur hec rata permaneant, & a nullo ſucceſſorum noſtrorum violentur, preſens ſcriptum ſigillis noſtris eſt confirmatum. Statuta ſunt hec anno ab incarnatione Domini milleſimo ducenteſimo ſexageſimo, indictione tertia, *imperio vacante*.

Num. XXVII. Parochia Landsberg An. 1273.

Hartmannus Dei gratia Eccleſie Auguſtenſis Epiſcopus univerſis preſentium inſpectoribus ſalutem in Ieſu Chriſto. Ne res

pre-

preſertim digne memoria oblivionis devio pereant, expedit ea ſcripture & teſtium ſubſidiis adiuvari. Cuius rei cauſa notum eſſe volumus univerſis tam preſentibus quam futuris: cum ius patronatus Eccleſie Landeſperch dilectis in Chriſto Abbati & conventui Monaſterii in Wezisbrunn pertineat pleno iure, quod nos de capituli noſtri unanimi conſilio & aſſenſu, propter grata & fidelia ſervitia ab ipſo Monaſterio nobis & Eccleſie noſtre pluries impenſa, predictis Abbati & conventui nunc & impoſterum cupientes pie in Domino providere, Eccleſiam antedictam Landeſperch cum omnibus ſuis attinentiis cum primum vacare cepit, eisdem Abbati & ſuo conventui donamus & donavimus tam in ſpiritualibus quam temporalibus regendam perpetim & tenendam; ita tamen ut ad regimen ipſius Eccleſie clericum ſpiritualem idoneum nobis & noſtris ſucceſſoribus pro vicario inſtituendum repreſentent, cui etiam in tam honeſta prebenda provideant, ut Epiſcopis Auguſtenſibus, Archidiaconis & decanis loci in iuribus, obedientiis debitis & conſuetis valeat reſpondere. In cuius noſtre donationis evidens teſtimonium & perpetuam firmitatem preſentes noſtro & capituli noſtri ſigillis fecimus communiri. Actum & datum anno Domini milleſimo CCLXXIII. XVI. Kal. Ianuarii, in civitate noſtra Auguſtana.

Num. XXVIII. Advocatia bonorum in Germarsgew An. 1308.

Wir *Emich.* von Gots Gnaden Biſchof ze Friſingen vergehen offenleichn und tun chunt allen den, die diſen Brief ſehent, leſent, oder hörent leſen, die nu lebnt, und hernach chunftich ſind, daz der erſam Man Her *Heinr. von Seueli*, mit ſeiner Hausſfrauen, und mit ſeiner Chinde gutem Willen, und auch mit Ir Hant, für ſich und alle ſein Erben, uns und unſerm Gotshouſs ze Friſing verkauft, und gegeben hat, ſehs Höf, und ein Viertail eins Hofs, die gelegen ſind ze Germarsgew,

und geltent an ainen dreizig arne Weins Maiſer matze. Darzu hat er uns und unſerm Gotshouſs ze Friſing verchauft, und gegebn zwo Vogtay, die er behabt hat uber Wezzesbrunner und uber Bernrieder Gut, deu gelegen ſind ze Germaregew., und ze Vorcheit: darzu hat er uns verchouffet, und gebn, ſwaz er Leuth, und Guts ober halb Aw hinouf, untz an Slozperch, beſuht und unbeſuht, ſwie die Leut genant ſind, oder ſwaſi da entzwiſchen geſezzen ſind, mit allem dem Recht, als er die ſelbe Leut inne gehabt hat, und mit aller der Gewer, und er ſi her braht hat, an die Swaige datz Slattanie, die er auzgenommen hat, mit ſamt des Mänckingers Chinden: daz vorgeſchriben Gut und Vogtay mit ſamt den Leuten, hat er uns, und unſerm Gotshous ze Freiſing verchouft und geben *beſuht* und unbeſuht, in allem dem Recht, als er dazſelb Leut und Gut herbracht hat, und ſwie er ez gehabt hat, ume dreuhundert March Berner, der obern Zalmarch. Wir gehaizzen auch im mit diſen Brief, für uns, und für unſer Nachchomment, daz wir in des ſelbe Guts wern, und auzrihten ſuln, In oder ſein Erben, von unſer Frauen Tag, ze der Liehtmeſſe, inner zwain Iahrn, alſo daz wir Im gebn ſuln, auf den nähſten unſer Frauen Tach ze derſelben Liehtmeſſe, und vierzehn Tag vor hundert March Berner Zalmarch, und von demſelben Zil, über ein Iar aber hundert March Berner Zalmarch, und aber von danne über ein Iar die dritten hundert March Berner. Wir ſuln auch Im, oder ſeinem Erben, dazſelb Gut antürten ze Auſpurg oder ze München, den Wal ſtet an Im. Und darum haba wir Im ze Porgen geſetzet, unverſchaidenlichen unſern lieben getriwen *Alb den Iudman Marſchalch von dem Strauppen, Chunr. von Puttelbach, Berhtolt den iungen Rühlinger, Chunr. von Euſenhoven, Chunr. von Fläzing und Wernhern den Shöten unſern Wirt ze München.* Alſo ob wir In nicht auzrihten und werren, ze gleicher Friſt, des ſelbn Guts,

als

als vorgeſchriben iſt, ſo ſol er ie zu der Friſt, ob er wil daz ſelb Gut, als vil und wir In auf ie die Friſt werren ſuln, auf unſern Schaden nemen an *Chaberzein*, oder an Iuden, oder auf einen Chauf. Und als daz alſo geſtet und beleibt einen Manod, und wirt er niht gewert des Guts des man Im auf die ſelben Friſt ſchuldig iſt, ſo hat er Gewalt ze manen der Pürigen zwen, ſwelh er wil, und ſuln Im die darnach und ſi gemant werdent ze München laiſten in rehter Geiſelſcheft; und als die zwen vierzehen Tag geleiſtent, wirt er in der ſelben Friſt nicht ausgeriht, ſo hat er Gewalt aber zwen der andern Porgen ze manen, und ſuln die danne einvarn zu den erſten zwain, und ſuln laiſten mit ſamt In, und als die ſelben auch vierzehntag gelaiſtent mit In, und wirt er in der Friſt dannoch nit auzgeriht, ſo mag er aber die leſten zwen porgen manen, und ſuln die dann einvarn zu den viern, und ſuln alſo die Porgen alle ſehs laiſten mit einander, und nimmer auzchommen, untz er Schadens, und Hauptguts gantzlichen auzgericht und gewert wirt. Und wär, daz der porgen einer in der Friſt nicht einwär, ſo ſuln wir Im einen andern ſetzen an deſſelbn ſtat, der als gut ſei inner einem Manod. täten wir des niht, ſo ſul er der Porgen zwen manen, ſwelche er wil, und ſuln Im die laiſten ze München, als lang unz es es geſchehe. Wir veriehn auch, daz wir das vorgeſchribn Guts, baiden Hauptguts und Schadens Gelter und Gewer ſuln ſein an der Porgen ſtatt für uns, und für unſer Nachkommen. Und daz daz alles ſtät beleib, gebn wir diſen Brief verſiglt mit unſerm Inſigel, und mit unſers Capitels Inſigel ze einem Urchundè. Der Teidung ſind gezivg *Herr Grimolt von Sevelt*, *Bernh. von Röhling*, *Alb. der Iudman*, *Herr Ulr. der Pfarrer ze Germarsgew*, *der Perger und der Pucher ze Werdenvels*, *Heinr. unſer Chammermaiſter*, *Eberl der Schreiber*, und ander Biderbe Leut. Daz iſt geſchehn, und iſt der Brief gebn ze Lok, de man Zahlt von Chriſts Ge-

 burt,

burt, dreizehenhundert Iar, darnach in dem ahtem Iar des näch-
Sunntags vor Sunnwenden.

Num. XXIX. Venditio advocatiarum quarundam. An. 1325.

Ich *Chunrad von Wildenroth* vergich offenlich für mich und für all mein Erben, und thuen kund allen den, die diſen Brief anſehent, leſent, oder hörent leſen, daſs ich mit verdachtem Mut han geben ze kauffen recht und redlich die Vogtey, die ich hät auf vier Höfen, deren drey gelegen ſind ze Scheffoltingen und einer ze Neuenhauſen, die ich ze lehen hät von dem Gotzhauſs ze Weſſisbrunen, dem erſamen Herrn Abbt *Wernher* ze Weſſisbrunn und dem Convent daſelbe, umb zehen Pfund gaber augſpurger Pfenning, deren ſie mich gar und ganzlich gewert habent, und ſoll ich und alle meine Erben nimmermehr kain Anſprach nach dem vorgenanten Partheyen haben; und was die voder Vogtey beſſer und theurer iſt, daſs hab ich dem Gotzhauſs Peters ze Weſſisbrun geben lauter durch Got, durch meiner Seel und durch aller meiner Vordern Seel willen. Und daſs Inen das alles ſtätt bleibe von mir, und von allen meinen Erben nicht vergeſſen wert, des gib ich dem Gotzhauſs ze Weſſisbrunen diſen ofnen Brief ze behalten ze ainem wahren Urkunt verſigelt mit meinem Inſigel, das daran hanget. Das beſchach, do man zalt von Chriſti Geburt 1325. an ſant Veits Tag.

Num. XXX. Venditio memorabilis Morgengabe. An. 1326.

Ich *Mechthilt Ulſchalks Hauſsfraue von Echingen* vergich allen den, die diſen Brief anſehent, oder hötent leſen, daſs ich verrichtet bin mit dem Abbt zu Weſſisbrunen und mit ſeinem Gotzhauſs gar und gänzlichen mit guten Willen umb die Vogtey über 3.
Hof

Hof da ze Scheffoltingen, die ich anſprach mit dem Rechten, und klagt darauf, daſs mir mein Wirt *Ulſchalck* zehen Pfundt hätt geben ze rechter *Morgengab* auf derſelben Vogtey, und hat auch mein Wirth die vorgenante Vogtey ze derſelben Zeit ze rechten Lehen von dem vorgenanten Gotzhauſs ze Weſſisbrunen, und hann auch ich mich derſelben Vogtey *verzygen auf des Reiches Straſſe mit meinem Ayde auf meinen Brüſten, als man ſich durch recht Morgengab verzeyhen ſol; daſs ich noch kein mein Erbe* nimmer mer kein Anſpruch darnach ſullen gehaben. Und han auch darumb empfangen von dem Abbt von Weſſisbrunen und von ſeinem Gotzhauſs vier Pfund augſpurger Pfenning, die ich an meinen Nutz gelegt han. Wan ich aignes Inſigel nicht hab, verpint ich mich mit meinen Treuen, unter des erberen Mannes Inſigel *Hermans von Umenhofen*, der daſelben gewaltiger Landrichter waſs ze Landſperg, ſtet ze haben, als das hie geſchriben ſteht. Deſs ſind Gezeuge *Herr Herman von Rorbach, Herr Eberhard von Pflugdorf, Herr Ulrich von Meilingen, Herman von Pflugdorf, Engelſchalck von Pleitmanswang, der Scheyrer von Lanſperg und Hainrich Scheſslin daſelben*, und ander erber Leut genug. Das geſchach do man zalt von Chriſti Geburt MCCC. Iahr, und darnach in dem XXVI. Iahr an dem heiligen Auffart Tag.

Num. XXXI. Sententia iudicialis. An. 1329.

Ich *Ludweick der Apholtinger*, Landrichter ze Landſperg, thun chund allen den, die diſen Brief anſehent, oder hörent leſen, daſs Fraue *Agnes die Pertolts des Grautters Hauſsfraue* was, dem Got gnade, anſprach vor mir auf dem Rechten das Gottshauſs ze Weſſesbrunnen und den Abbt umb den Hof da ze Graut, der da ze Weſſesbrunnen gelegen iſt, und ſprach auch an *Hainrichen den Grauter* mit dem Rechten umb einen Hof, der da ze Rot gelegen iſt, und ſprach auch an *Friderichen den Grautter*, mit

dem Rechten umb einen Vogthof, der ze Rott gelegen iſt, und umb einen Hof, der der Grabhof geheiſſen iſt, der in der Pfarre ze Weſſesbrunen gelegen iſt, und umb acht Menſchen, die hie geſchriben ſtent, das iſt *Hainrich der Swegler*, und ſeine zwen Sun, *Hainrich der Juckzler*, *und Hainrich der Trüller*, *und Chunrat der dorfmaiſter*, und ſein Hausfrau Diemut und ſeinen Brudern *Hainrich der Dorfmaiſter*, da ſie auch umb Anſprach die vorgenanten *Grautter* daſs ſie auf Leut und Gut die hie geſchriben ſtent, hätt Ir Haimſteur, und Ir Morgengab, und Ir Widerlegung. Des antwurt Ir der von *Weſſenbrunen*, und *Hainrich und Friderich ſine Brüder*, die *Grautter* all drey mit dem Rechten umb die Leut, und umb die Güeter, da ſie ſich um Anſprach da ze Landſperg vor *Vitzthumb Wernhers* derſelben Tages an dem Rechten von meinen wegen ſaſſ, und enpraſten auch Frauen *Agneſſen* der von *Weſſesbrunen*, *und Hainrich und Fridrich* ſein Bruder alle drey mit den Rechten umb die anſprach, da ſie ſie umb klaget, umb Leut, und umb Guet, die hie geſchriben ſtent, und warde Ihen allen dreyen auch erthailet, daſs man ſie ze Fürpan thätt mit dem Rechten, umb die Leuth, und umb die Güeter, da ſie Frau *Agnes* umb anſprach: und ward ihn auch mer mit dem Rechten erthailet, was Frau *Agnes* Brief hätt von *Pertold dem Grautter*, über die Leuth und Guetter die hie benennt ſind, daſs ihnen allen dreyen die Brief unſchädlich ſollen ſein. Da ward ihnen auch mehr erthailt, daſs ich des meinen Brief ihnen ſolt geben ze einen wahren Urkund, mit meinen hangenden Inſigel, das auch daran hanget, der Brief ward geben, da man zalt von Chriſti Geburd 1329. Iahr an ſand Andres Tag.

Num. XXXII. Concambium. An. 1359.

Wir *Varnher* von Gottes Verhängnus Apt zu Weſſelsprunn, und der Convent aller gemeinlich daſelben vergehen alle

unver-

unverſchaidenlich für uns und für all unſer Nachchomen und thun chunt den diſen Brief ſechent, leſent, oder hören, daſs wir mit gemainem Rat, mit veraintem wolbedachtem Mutt, und mit guter Fürbetrachtung recht und redlich umb den Nuz und dem Frumen unſers Gotshauſs einen Wechſel und ainen durchſchlächten Chauf haben getan, mit dem erſamen wirdigen Herren, Herrn *Duringen* Apt ze Sant Benedicti Päuren ein Gutt umb das ander: wir haben Im und ſeinen Convent und dem Gotshauſs ze Päurn gegeben unſern Hof ze Muſſen der gelegen iſt in Weylär Pfar nachen by Puirpach umb ein Lechen das gelegen iſt ze Päel in dem Dorf und iſt genant das Caſtnlechen, und hat er uns Auſſchatz gegeben zwey und dreiſſigk Pfunt Münicher Pfenig zwen gut Haller für yeglichen Pfenig, der wir mit rechter Zal verricht und gewert ſein, und die wir an unſers Gotshauſs Nutz und frum gelegt haben, und haben in den vorgenanten Hof ze Muſſen alſo gegeben, ze Ried, ze Acker, ze Veld, ze Wayd, ze Wiſmat, ze Holz, ze Waſſer, Grund und Boden beſuchten und unbeſuchten mit allt diu und darzu und darein gehört, mit allen Nuzen und Rechten, Ezung und Dienſten die darzu gehörent in allem dem Rechten als wir In in Nutz und Gewer her haben pracht, für unſer lediges aigen Gut, das chainerley Voderung von der Vogteye darouf leutt, nuwer allein ein Chaſten Mutt Habern gen Landſperch auf dem Chaſten: alſo haben wir in denſelben Hof gewechſelt und gegeben umb das vorgenant Lechen und umb den Auſſchatz, als vorgeſchriben ſtät; wir haben uns auch deſſelben Caſtenlehens underwunden und haben uns des Hofs ze Muſſen verzigen und aufgegeben an alle der Stat, do wir das durch Recht thun ſolten; daſs weder wir noch chain unſer Nachchomen, noch anders niemand von unſer oder von unſers Gotshauſs wegen nu furbas chainerlaye Anſprach ſwie die genant mag werden nicht mer

haben

haben noch haben ſullen auf dem vorgenanten Hof ze Muſſen mit elliu diu und darzu gehört: und davon vergechen wir mer, daſs wir und unſer Gotzhaus ze Weſſelsprunn deſſelben offt vorgenanten Hofes, des vorgenanten Hern Abt *Duringes*, ſeines Convents und ſeines Gotshauſs ze Päurn recht Gewern ſullen ſein in allem dem Rechten, als es des Landes und der Graffſchafft Recht iſt, darine derſelb hof gelegen iſt. Und als rechter Gewerſchafft Recht iſt. Alſo ob er anſprach wurde, oder ob ſich chainerlay Stöſſe, Irtung oder Chrieg davon angieng mit dem rechten, gaiſtlichen oder weltlichen Rechten von ſwem das geſchähe, das ſullen wir ſi alles entladen und entlöſen und für ſi verantwurten gen allermenchlich vor allem Gericht und ſullen In das ausbringen an allen Iren Schaden. Tätten wir des nicht, ſwelichen Schaden ſi dent des nement, ſwie der Schad genant ſey oder wie er ſich handelt oder wandelt, den ſullen wir und unſer Gotshauſs ze Weſſelsprun In und Irem Gotshauſs ze Päurn abtun gar und gentzlich und wider cherren als Recht iſt. Und daſs In das alles ſtät und unzerbrochen beleib, daryber zu ainen waren offen Urkund geben wir In diſen Brief trewlich verſigelt und verfeſtenten mit unſern und mit unſers Convents Inſigeln diu pedin daran hanget, ditz Wechſels und des vorgeſchriben Chauffes ſind Tädinger geweſen, unſer lieber Pruder *Friderich der Greutter*, *Hannſs der Zeller von Gerentzhauſen*, *unſer Probſt der Stopfer*, *Hartman der Wilberger*, *Chunrat der Amman von Puierpach*, und ander genug. Das iſt geſchehen do nach Chriſtes Gepurt waren MCCC. Iar und darnach in dem LIX. Iar, an ſand Valenteins Tag vor der Vaſnacht, *er der tumben wüetten Vaſnacht.*

Num. XXXIII. Parochiæ Landsberg. & Weilhaim An. 1401.

Bonifacius Epiſcopus ſervus ſervorum Dei dilectis filiis Abbati & Conventui Monaſterii Sancti Petri in Weſſensbrunn, Ordinis Sancti Benedicti, Auguſtenſis Dioceſis, Salutem & Apoſtolicam benedictionem. Sacre Religionis, ſub qua devotum & ſedulum exhibetis altiſſimo famulatum promeretur Honeſtas, ut votis veſtris illis, preſertim, per que veſtris & Monaſterii veſtri commoditatibus conſulitur, quantum cum Deo poſſumus, favorabiliter annuamus. Sane petitio pro parte veſtra nobis exhibita continebat, quod olim in Landsberg, alias Phetine, & in Weilham Auguſtenſis Dioceſis Parochiales eccleſie ex certis rationabilibus cauſis & potiſſime in relevamen onerum vobis & dicto Monaſterio incumbentium, auctoritate apoſtolica eidem Monaſterio in perpetuum incorporate, ac ex ſingulis earum ſingule perpetue Vicarie inſtitute canonice fuerint; pro perpetuis Vicariis, pro tempore inibi Domino ſervituris, de fructibus, redditibus & proventibus Eccleſiarum predictarum ſingulis perpetuis portionibus de quibus idem Vicarii congrue ſuſtentari, Epiſcopalia Iura ſolvere & alia eis incumbentia onera valerent ſupportare nihilominus reſervatis: vosque in Eccleſiis prefatis incorporationis huiusmodi cauſa per ordinarium loci fueritis multipliciter infeſtati & adhuc veriſimiliter timeatis impoſterum molleſtari, pro parte veſtra nobis humiliter ſupplicatum, ut vobis & eidem Monaſterio ſuper hoc providere de benignitate apoſtolica dignaremur. Nos igitur huiusmodi ſupplicationibus inclinati, in Landsberg & in Weilham Eccleſias predictas, quarum quindecim; prefato Monaſterio: cuius ducentarum Marcharum argenti puri fructus, redditus & proventus, ſecundum cummunem exiſtimationem, valorem annuum non excedunt, cum omnibus iuribus & pertinentiis ſuis, motu proprio

nonnisi ipſorum Abbatis & conventus vel alicuius alterius nobis ſuper hoc oblate petitionis inſtantiam; ſed de noſtra mera liberalitate, auctoritate apoſtolica, tenore preſentium de novo in perpetuum unimus, annectimus, & incorporamus; ita quod cedentibus vel decedentibus predictarum in Landsberg & in Weilhaim Eccleſiarum perpetuis Vicariis qui nunc ſunt, vel vicarias ipſas alias quomodolibet dimittentibus, liceat vobis corporalem poſſeſſionem propria auctoritate libere apprehendere, & perpetuo licite retinere, illasque per idoneos Monaſterii vel ordinis predictorum Monachos aut presbyteros ſeculares, ad nutum eiusdem Abbatis Monaſterii pro tempore exiſtentis ponendos, ac Monachos huiusmodi ad clauſtrum ipſius Monaſterii revocandos, regi facere: qui Parochianorum Eccleſiarum predictarum ſive *Vicariarum* animarum curam gerant, & inibi Domino ſerviant laudabiliter in divinis, omnesque fructus, reditus, & proventus in uſus veſtros, ſolutione primorum fructuum ipſarum Eccleſiarum ſive Vicariarum pro inſtitutionibus perpetuorum Vicariorum per vos perſolvi conſueta, & quaque alia exactione penitus ceſſante; convertere, & etiam deputare: Dioceſani loci vel cuiuscunque alterius licentia, aut conſenſu ſuper hoc minime requiſitis. Non obſtantibus revocationibus unionum huiusmodi in genere, & in ſpecie ſub quacunque forma vel expreſſione verborum per nos vel ſucceſſores noſtros Romanos pontifices impoſterum forſitan faciendis, ſub quibus preſentem unionem: etiamſi revocationes ipſe ex earum tenoribus ei expreſſe viderentur derogare: nolimus aliquatenus comprehendi; ſed ipſam in ſuo robore firmitatis volumus perpetuo & irrefragabiliter perdurare: ac conſtitutionibus, ac ordinationibus apoſtolicis editis & edendis contrariis quibuscumque, aut ſi aliqui ſuper proviſionibus ſibi faciendis de huiusmodi vel aliis beneficiis eccleſiaſticis in illis partibus ſpeciales vel generales Apoſtolice ſedis vel legatorum eius literas impetrarint, etiamſi per eas ad inhibitionem,

tionem, reſervationem & decretum vel alias quomodolibet ſit proceſſum, quas quidem literas & proceſſus habitos vel habendos per easdem, & quecunque inde ſecuta ad prefatas Eccleſias ſive vicarias volumus non extendi: ſed nullum per hoc eis quoad aſſecutionem beneficiorum aliorum preiudicium generari, & quibuslibet indulgentiis & literis apoſtolicis ſpecialibus vel generalibus quorumcunque tenorum exiſtant, per que preſentibus non expreſſa vel totaliter non inſerta effectus earum impediri valeat quomodolibet, vel differri, & de quibus quorumque totis tenoribus de verbo ad verbun habenda ſit in noſtris literis mentio ſpecialis. Volumus autem, quod prefate Eccleſie ſive vicarie debitis propterea non fraudentur obſequiis, & animarum cura in eis nullatenus negligatur, quodque vos epiſcopalia iura ſolvere, & alia incumbentia onera eisdem Eccleſiis ſive vicariis teneamini ſupportare: & inſuper ex nunc irritum decernimus & inane, ſi ſecus ſuper his a quoquam, quavis auctoritate, ſcienter vel ignoranter contigerit attentari. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtre unionis, incorporationis & voluntatis infringere, vel ei auſu temerario contraire; ſi quis autem hoc attemptare preſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei & beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum eius ſe noverit incurſurum. Datum Rome apud ſanctum Petrum 6to Kalendas Iunii, anno pontificatus noſtri duodecimo.

Num. XXXIV. Conceſſio Mitræ. An. 1402.

Bonifacius Epiſcopus ſervus ſervorum Dei dilectis filiis Abbati & Conventui Monaſterii ſancti Petri in Weſſenprunn ordinis ſancti Benedicti, Auguſtenſis Dioceſis ſalutem & Apoſtolicam benedictionem. Expoſcit veſtre devotionis ſinceritas, & religionis promeretur honeſtas, ut tam vos, quos filiali dilectione proſequimur, quam Monaſterium veſtrum dignis honoribus attollamus. Hinc eſt quod nos veſtris ſupplicationibus in hac parte inclinati, ut tu Abbas & Succeſſores tui Abbates dicti Monaſte-

rii qui pro tempore fuerint, Mitra, Annulo & aliis Pontificalibus ſignis libere poſſitis uti, nec non quod in dicto Monaſterio & Prioratibus eidem Monaſterio ſubiectis, aut Parochialibus & aliis Eccleſiis ad vos communiter vel diviſim pertinentibus, quamvis vobis pleno iure non ſubſint, benedictionem ſolemnem poſt miſſarum, veſperarum, & matutinarum ſolemnia, dummodo in benedictione huiusmodi aliquis Antiſtes vel ſedis Apoſtolice legatus preſens non fuerit, elargiri poſſitis; felicis recordationis *Alexandri Pape* quarti predeceſſoris noſtri, que incipit *Abbate* &c. & aliis quibuscunque conſtitutionibus Apoſtolicis in contrarium editis nequaquam obſtantibus, vobis & eisdem ſucceſſoribus auctoritate Apoſtolica, de ſpeciali gratia, tenore preſentium indulgemus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtre conceſſionis infringere, vel ei auſu temerario contraire; ſiquis autem hoc attentare preſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei & BB. Petri & Pauli Apoſtolorum eius ſe noverit incurſurum. Datum Rome apud S. Petrum 3. Kall. Nov. Pontificatus noſtri anno XIII.

XXXV. Revocatio bonorum alienator. An. 1414.

Ioannes Epiſcopus ſervus ſervorum Dei dilecto filio prepoſito Monaſterii Steingaden per prepoſitum ſoliti gubernari Auguſtenſis Dieceſis ſalutem & Apoſtolicam benedictionem. Ad audientiam noſtram pervenit, quod tam dilecti filii Abbas & Conventus Monaſterii Weſſebrunnen ordinis ſancti Benedicti, Auguſtenſis Dieceſis, quam predeceſſores eorum, qui fuerunt pro tempore, decimas, redditus, cenſus, primitias, terras, domos, vineas grangias, nemora, piſcarias, prata, ſtagna, molendina, villas, legata, penſiones, poſſeſſiones, iura, iuriſdictiones & alia quedam bona ipſius Monaſterii datis ſuper hoc litteris, confectis exinde publicis inſtrumentis, interpoſitis iuramentis, factis renuntiationibus, & penis adiectis in gravem ipſorum Abbatis & Conventus ac Monaſterii leſionem non nullis clericis & laicis aliquibus eorum ad vitam,

quibusdam vero ad non modicum tempus & aliis perpetuo firmam vel ſub cenſu annuo conceſſerunt, quorum aliqui dicuntur ſuper his confirmationis litteras in forma communi a ſede Apoſtolica impetraſſe. Quia vero noſtra intereſt ſuper hoc de oportuno remedio providere, diſcretioni tue per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus ea, que de bonis ipſius Monaſterii per conceſſiones huiusmodi alienata inveneris illicite vel diſtracta, non obſtantibus litteris, inſtrumentis, iuramentis, renuntiationibus, penis & confirmationibus ſupradictis ad ius & proprietatem eiusdem Monaſterii legitime revocare procures: contradictores per cenſuram Eccleſiaſticam appellatione poſtpoſita compeſcendo. Teſtes autem qui fuerint nominati, ſi ſe gratia, odio vel timore ſubtraxerint, cenſura ſimili, appellatione ceſſante, compellas veritati teſtimonium perhibere. Datum apud ſanctum Antonium extra muros Florentinenſes ſecundo nonas Oct. Pontificatus noſtri anno quarto.

Num. XXXVI. Confirmatio particularis privilegior. Cleri Bavarici. An. 1431.

Von Gottes Gnaden wir *Ernſt*, *und Wilhelm* Gebrüder Pfalzgrafen bey Rhein, und Herzochen in Bayrn &c. bekhenen offentlich in dem Brief, für uns, unſer Erben, und Nachkommen, und thun kund allen den, die ihn ſechen oder hören, oder in künftigen Zeiten ſechen, und heren werden, daſs unſer andechtiger Herr Abbt, und ſein Convent des Gottshauſs zu Weſſesbrunen, für uns kommen ſind, und habent uns verheren laſſen zwen Brief, die unſer Uhrohnherr Kayſer *Ludwig* von Rohm löblicher Gedächtnuſs, und einen den in unſer vordern *Hainrich*, *Ott*, *und Hainrick* Herzogen in Bayren, auch ſeel. Gedechtnuſs, allen Prälaten in obern Bayren geben haben, und uns darauf diemietigelich, und fleiſſigelich gebetten, in dieſelben drey Brief, und darzu all andere ihr Brief, Freyheit, Recht, Gnad, und gut Gewonheit, wie die genandt ſeind, die ſye

von unſern Vordern ſeel. Gedechtnuſs, oder von uns herbracht, und erworben haben, gnädiglich geruchen zu beſtättigen, und zu kröftigen: darum ſie, all ihr Nachkomen, und underthan Gott den allmächtigen, und die werte Mutter Maria threulich bitten wöllen, daſs ſie uns, und allen den unſern verleichen, und zufiegen das uns nuz ſey, zu Seel und zu Leib: Wan wir aber wohl wiſſen, daſs von Gott dem Allmächtigen, und auch von dem heil. Päbſten des Stuels zu Rom die Prieſterſchaft und geiſtlich ergebenen Leithen für andere Leuth angeſehen, und befreit ſeind, nit allein in dieſer zergänglichen Welt, ſondern dort in den ewigen Leben, ſeith auch der von Weſſersbrunen und ſein Convent gemeiniglich nit anderſt begehren, dan billiger und rechtlicher Sach, damit ſie von unſern *benenten* Vordern auch angeſechen, befreit, und begabt ſeind, und die Gerechtigkeit ein ſolch tugent iſt, daſs ſie einem iedem Menſchen ſeines Rechten alzeit gunn, und ihm das ungehren enziech: derſelben Tugent wür uns ie, und ob Gott will in khainen Sachen entpären wellen; und ſeitemallen uns Gott der Allmächtige zu Fürſten beſchaffen hat, und einen ieden Fürſten, und Regierer eines Volcks und Landts zuegehert, das Liecht der Gerechtigkeit zueführen, und veſt zuhaben, daſs all die ſeinen iezo und inskünftigen Zeiten ein Ewenbild darab nehmen, und denen Fuſstritten der Gerechtigkeit nachvolgen: darumb mit wolbedachten Muth auch rechter wiſſen, und zeitign Rath unſers Raths und Gethreuen ſo beſtättigen, und bekröftigen wir mit dieſem unſerem Brief dem obgenanten Abbt ſeinem Convent und Gottshauſs zu Weſſesbrunen, für uns, unſer Erben, und Nachkomen ewigelich all ihre Freyheit, Brief, Recht, Gnad, und gut Gewohnheit, wie die genandt ſeind, die ſie von unſern Vordern ſeel. Gedächtnuſs, oder von uns herbracht und erworben haben; und nehmlich wellen wir, daſs in die nachgeſchri-

benen

benen drey Brief ſtätt und veſt beleiben, als die mit allen Punctum, und Articlen begriffen ſind, und laut von Wort zu Wort unſers Uhranherrn Kayſer *Ludwigs* Brief alſo. Wir *Ludwig* von Gottes Genaden römiſcher Kayſer zu allen Zeiten mehrer des Reichs &c. München an Freytag vor den Sontag Lætare, da man zehlt von Chriſti Geburt MCCC. Iahr, und darnach in dem XXXII. Iahr, in dem achtzehenden Iahr unſers Reichs, und in dem fünften unſers Kayſertumbs. Und das andere Privilegium lautet alſo. Wir *Ludwig* von Gottes Gnaden römiſcher Kayſer zu allen zeiten Merer des Reichs &c. München am Montag nach Mütterfaſten, da man zehlt nach Chriſti Geburt MCCC. Iahr, darnach in dem XXXIII. Iahr, in dem neunzehenden Iahr unſers Reichs, und in den Sechſten des Kayſertumbs. Darnach unſer Vordern *Heinrichs, Otten, und Heinrichs* Herzogen in Bayrn Brief lautet alſo. Wür *Hainrich und Ott*, Gebrüder, und wür *Hainrich* ihr Vätter Pfalzgrafen bey Reihn, Herzogen in Bayrn, veriehen offenbar mit dem Brief &c. Regenſpurg, da man zehlt nach Chriſti Geburt MCCC. Iahr, und darnach in dem XXIII. Iahr, dem nechſten Sontag nach dem Pfingſtag. Hierauf ſo gereden, und verſprechen wir dem obgenanten Abbt, ſeinem Gottshauſs, und Nachkommen bey unſern fürſtlichen Worthen in Krafft dies Briefs daſs wir In ir Freyheit, Recht, Gnad, und gut Gewohenheit ſtatt halten ſollen, und wellen, die nit überfahren, noch geſtatten zu überfahren, und darauf all unſer Erben, und Nachkomen, Fürſten in Bayrn fleiſſigelich bitten, auch allen unſern, Grafen, Freyherrn, Rittern, Knechten, Vitztumben, Haubtleuthen, Pflegern, Richtern und ſonſt allen andern unſern Ambtleithen, Landſeſſen, und Gethreyen, in welcherley Weſen ſie ſeind, veſtigelich gebieten bey unſern Hulden und Gnaden, und auch darzu threulich rathen, daſs Ir wider unſern Vordern Gnad, Brief und Freyheit, auch wider dieſe unſere Beſtättigungen nit

thuet,

thuet, noch laſſet thuen in kein Weiſs: wer es aber darüber thätt, derſelb ſolt es ein Verantworter ſein an den iüngſten Gericht gegen Gott dem allmechtigen des Barmherzigkeit dann allen verborgen, und das Gericht zu allen Gnaden nach eines ieden Menſchen Verdienen gefällen würdet: er ſolle auch in unſern ſweren Ungnad gefallen ſein. Des alles zu warer Urkund und ewigen Gedechtnuſs, ſo haben wir unſere Inſigl an dem Brief haiſſen hängen, und geben zu München an S. Lucien Tag da man zehlt nach Chriſti Geburt unſers lieben Herrn Ieſu MCCCC. Iahr, und darnach in dem XXXI. Iahr.

Num. XXXVII. Confirmatio privilegior. Pauli II. P. M. An. 1473.

Paulus Epiſcopus ſervus ſervorum Dei dilectis *filiis Abbati* & Conventui Monaſterii in Weſſesbrunen Ordinis Sancti Benedicti, Auguſtenſis Dioceſis, ſalutem & apoſtolicam Benedictionem. Cum a nobis petitur, quod iuſtum & honeſtum eſt, tam vigor equitatis quam ordo exigit rationis, ut id per ſollicitudinem officii noſtri ad debitum perducatur effectum. Eapropter dilecti in Domino Filii veſtris iuſtis poſtulationibus grato concurrentes aſſenſu, omnes libertates & imunitates a predeceſſoribus noſtris Romanis pontificibus, ſive per privilegia, vel alia indulta vobis & Monaſterio veſtro conceſſas, nec non libertates & exemptiones ſecularium exactionum a Regibus & principibus aut aliis Chriſti fidelibus vobis & eidem Monaſterio rationabiliter indultas; ſpecialiter autem decimas, primitias, agros, terras, poſſeſiones, fructus, redditus, proventus, aliaque mobilia ac immobilia bona ad dictum Monaſterium legitime, ſpectantia, nec non ſancti Iohannis Baptiſte in *Rott* & ſancte Margarete in Iſſingen, ac alias Auguſtenſis Dioceſis, Moguntinenſis provincie parrochiales Eccleſias, quas cum omnibus iuribus & pertinentiis ſuis eidem Monaſterio canonice unitas & incorporatas fore aſſeritis, ſicut ea iuſte & pacifice poſſidetis, vobis & per

vos

vos eidem Monaſterio auctoritate apoſtolica confirmamus & preſentis ſcripti patrocinio communimus: ſalva in predictis decimis moderatione conſilii generalis. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtre communitionis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare preſumpſerit indignationem omnipotentis Dei & beatorum Petri & Pauli apoſtolorum eius ſe noverit incurſurum. Datum Rome apud ſanctum Petrum anno Incarnationis dominice MCCCCLXX. Kal. April. pontificatus noſtri anno ſeptimo.

Num. XXXVIII. Privilegium Innocentii VIII. P. M. An. 1488.

Innocentius Epiſcopus ſervus ſervorum Dei dilectis filiis Abbati & Conventui Monaſterii ſancti Petri de Weſſenbrunen ordinis ſancti Benedicti, Augustenſis Dieceſis ſalutem & apoſtolicam benedictionem: Cum a nobis petitur quod iuſtum eſt & honeſtum, tam vigor equitatis quam ordo exigit rationis, ut id per ſolicitudinem officii noſtri ad debitum perducatur effectum. Ea propter dilecti in Domino filii veſtris iuſtis poſtulationibus grato concurrentes aſſenſu, perſonas veſtras & locum in quo divino eſtis obſequio mancipati cum omnibus bonis, que impreſentiarum rationabiliter poſſidetis, aut in futurum iuſtis modis preſtante Domino poteritis adipiſci, ſub beati Petri protectionem ſuſcipimus atque noſtram; omnes quoque libertates & immunitates a predeceſſoribus noſtris Romanis Pontificibus ſive per privilegia vel alia indulta vobis & Monaſterio veſtro, quod Moguntinenſis provincie exiſtit, conceſſas, nec non libertates & exemptiones ſecularium exactionum a regibus & principibus ac aliis Chriſti fidelibus, vobis & eidem Monaſterio rationabiliter indultas: ſpecialiter autem decimas, primitias, oblationes, cenſus, fructus, redditus, proventus, terras, domos, molendina, poſſeſſiones, hortos, campos prata, paſcua, nemora, ſilvas, ſtagna, lacus, aquas, aquarum decurſus,

grangias, villas, loca, iurisdictiones, & alia bona ad monaſterium predictum ſpectantia, ac cum omni cura & ſine cura Eccleſias, quas eidem Monaſterio annexas & incorporatas exiſtere & vos in uſus proprios obtinere aſſeritis, ſicut ea omnia iuſte & pacifice poſſidetis, vobis & per vos eidem Monaſterio, auctoritate Apoſtolica, confirmamus & preſentis ſcripti patrocinio communimus, ſalva in predictis decimis moderatione concilii generalis; nulli ergo omninò hominum liceat hanc paginam noſtre ſuſceptionis confirmationis & communitionis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Siquis autem hoc attemptare preſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei ac Beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum eius ſe noverit incurſurum. Datum Rome apud ſanctum Petrum anno Incarnationis Dominice MCCCCLXXXVIII. tertio Idus Iunii Pontificatus noſtri anno quarto.

Num. XXXIX. Concordia pro Eccleſia Par. An. 1490.

In Nomine Domini Amen. Anno a Nativitate eiusdem milleſimo quadrigenteſimo nonageſimo, indictione octava, die vero lune ſexta Menſis Decembris, Pontificatus Sanctiſſimi in *Chriſto* Patris & Domini noſtri, Domini *Innocentii* divina providentia pape Octavi anno ſexto, in mei Notarii publici teſtiumque infra ſcriptorum ad hoc ſpecialiter vocatorum & rogatorum preſentia, perſonaliter conſtituti venerabilis Pater Dominus *Ioannes Abbas*, & religioſus frater *Vitus Maurer* Conventualis Monaſterii in Weſſenbrunn, ordinis Sancti Benedicti, Auguſtenſis Dioceſis, pro ſe & nomine Conventus ſui ex una, & honorabilis vir Dominus *Udalricus Schüſter* Vicarius perpetuus Eccleſie Parochialis Sancti Ioannis Baptiſte in Parr dicte Auguſtenſis Dioceſis partibus ex altera. Non in dolo, metu, fraude aut aliqua ſiniſtra machinatione circumventi, ſed ex eorum certa ſententia & ſpontanea voluntate, de & ſuper altercationibus, diſcordiis, controverſiis, cauſis & differentiis occaſione incorporationis Parochialis Eccleſie ſancti Ioannis Baptiſte

in

in Parr predicte, quovis modo habitis, motis & ſententiatis per medium venerabilium & famoſorum virorum Magiſtrorum *Ioannis Fiſcher* reverendi in Chriſto Patris & Domini Domini *Friderici* Dei & Apoſtolice ſedis gratia Epiſcopi Auguſtenſis *Sigilliferi*, *Ioannis Mantſee* curie Auguſtenſis cauſarum procuratoris, *Bartolomei Golſch* Rectoris, Parochialium Eccleſiarum in Hohenwarth, Schrobenhauſen in decretis licentiati & *Ioannis Zeller* geramatoris in Fridberg amicabilium compoſitorum, concordiam & amicabilem compoſitionem ipſorum mature & deliberate inſtauratam, conceptam, & conſcriptam inierunt, fecerunt, & perfecerunt: ipſam concordiam & amicabilem compoſitionem, in quadam Papyri ſchedula in medium productam, viſam, lectam publicatam & auditam omnibus melioribus modo, iure, cauſa, forma & ordine, quibus melius & efficacius potuerunt & debuerunt, acceptarunt, approbarunt, ratificarunt & omologarunt, ac tenore preſentis publici Inſtrumenti acceptant, approbant, ratificant, & omologant: cuius quidem concordie & amicabilis compoſitionis predicte tenor ſequitur, & eſt talis:

Super differentiis, que vertuntur inter venerabilem Patrem Dominum *Ioannem* Abbatem & Conventum Monaſterii Weſſenbrunenſis & Dominum *Udalricum Schüsler* vicarium perpetuum Eccleſie Parochialis in Parr, Auguſtenſis Dioceſis, occaſione Incorporationis eiusdem Eccleſie ac aliis, in cauſa huiusmodi expreſſis actum eſt & concordatum ut infra. In primis quidem omnes & ſingule differentie huiusmodi debebunt eſſe ſopite & extincte, & expenſe hinc inde in cauſa ipſarum facte compenſate & remiſſe, & Dominus *Udalricus* appellationi a ſententia diffinitiva per Dominum Vicarium Auguſtenſem inter prenominatas partes occaſione dicte incorporationis late renuntiabit, meliori forma, ad beneplacitum Domini Abbatis & Conventus, coram notario aut

conſtituendo Procuratore in Romana Curia ad renuntiandum, totiens quotiens opus fuerit: ita quod ſententia huiusmodi diffinitiva in rem tranſeat iudicatam ſuumque debitum ſortiatur effectum. Item quod dictus Dominus *Udalricus* prenominatam Eccleſiam tenebit & poſſidebit uti perpetuus Vicarius, ipſaque Eccleſia cenſeatur perpetua vicaria, quodque Dominus *Udalricus* ſe inpoſterum nominare, reputare & ſe tenere debeat pro perpetuo vicario, & eandem perpetuam vicariam non reſignabit ſeu permutabit absque ipſorum Domini Abbatis & Conventus voluntate & conſenſu, ſub iuramento per eum preſtando. Item quod ipſi Domino Abbati & Conventui ac Monaſterio eorum, virtute rei iudicate huiusmodi ac incorporationis, decime infraſcripte, perpetuis futuris temporibus, ex prediis infra ſcriptis infra limites dicte *Eccleſie in Parr* ſituatis cedere debeant, absque ipſius Domini *Udalrici* ſucceſſorumque ipſorum contradictione, & impedimento: videlicet omnes & ſingule decime maiores ex Ereſpurg, Hergertswiſen, Rorepach, & Haimelzhauſen provenientes, ſingulis annis communi eſtimatione ad quadraginta florenos renenſes taxate: item reliquas decimas ſub limitibus dicte Eccleſie recreſcentes, omnesque & ſingulos alios redditus & proventus ipſius Eccleſie Dominus *Udalricus* predictus in vim competentie, uti perpetuus vicarius imburſabit; quam itaque competentiam prefati Dominus Abbas & Conventus ſibi curabunt auctoritate ordinaria confirmandam. Item quia Dominus *Udalricus* intendit domum Eccleſie predicte conſtruere cum ſumma ſexaginta florenorum renenſium, vel circa, quo facto dicti Domini Abbas & Conventus tenebuntur, & aſtricti erunt ſolvere ipſi Domino *Udalrico* tertiam partem huiusmodi ſtructure, iuxta taxationem & moderationem quatuor honeſtorum virorum quorum quelibet partium duos deputabit ad hoc. Item, quia Dominus *Udalricus* Notario cauſe in Romana curia de certo ſallario per eum deſervito pro Domino Abbate, & Con-

ven-

ventu prediſtis perſolvat, ut aſſeruit, pro quo ipſi Domini Abbas & Conventus unam tunicam vulgo *Krutrokh* comparare & aſſignare ipſi Domino *Udalrico* debebunt: atque alias ipſum Dominum *Udalricum* in poſſeſſionibus beneficiorum dandis pre aliis favoriſare. In eventum, quo partes ſupradicte in uno aut pluribus articulis ſupraſcriptis diſcordes fierent, quod ex tunc partes ſtabunt dictamini Domini officialis Auguſtenſis pro tempore exiſtentis, appellatione remota, cum renunciationibus ad hoc neceſſariis & conſuetis. Premiſſam etiam concordiam & amicabilem compoſitionem, ſicut premittitur, initam, approbatam, ratificatam, & omologatam prelibati Domini *Ioannes Abbas*, *Vitus Maurer* conventualis, & *Udalricus Schüsler* ad manus mei notarii publici, tanquam publice & autentice perſone, ſolenniter ſtipulantes & recipientes cuiuslibet eorundem manibus promiſerunt, & quilibet eorum promiſit, ſe velle inviolabiliter obſervare, efficere & adimplere, eamque ratam, gratam, & firmam perpetuo habere, & tenere, illique parere & aquieſcere, & nullo unquam tempore contrafacere vel venire, de iure vel de facto, per ſe vel ſubmiſſas Perſonas, directe vel indirecte, quovis queſito ingenio vel colore, renuntiantes, in premiſſis, exceptionibus, auxiliis, ſubterfrugiis, ac iuris canonici & civilis ſuffragiis, quibus contra premiſſa vel ipſorum aliquid dicere, facere, vel venire poſſent, aut quomodolibet ſe tueri; & preſertim iuri dicenti renunciationem generalem non valere, niſi preceſſerit ſpecialis. Super quibus omnibus & ſingulis dicte partes & earum quelibet ſibi a me notario publico infra ſcripto unum vel plura publicum ſeu publica fieri atque confici petierunt atque petiit inſtrumentum & inſtrumenta. Acta fuerunt hec auguſte in domo habitationis prenominati Magiſtri *Ioannis Montſee* ſub anno, indictione, die, Menſe & Pontificatu, quibus ſupra: preſentibus ibidem honorabilibus viris Dominis *Sebaſtiano Ronkh in Bergen & Ioanne Stamler in Deſingen*, Eccleſiarum Au-

gaſtenſis Dioceſis rectoribus, teſtibus ad premiſſa vocatis ſpecialiter atque rogatis.

Num. XL. Parochia Landsberg, An. 1494.

Allexander Epiſcopus ſervus ſervorum Dei ad perpetuam rei memoriam. Ea que pro concordia terminata ſunt, ne incertitudine in contentionis ſcrupulum relabantur & firma perpetuo & inconcuſſa perſiſtant, libenter cum a nobis petitur apoſtolico munimine roboramus, & alia de novo concedimus prout perſonarum rerumque & temporum qualitate penſata conſpicimus in domino ſalubriter expedire. Sane pro parte dilectorum Filiorum *Petri* Abbatis & Conventus Monaſterii Weſſebrunenſis ordinis ſancti Benedicti, Auguſtenſis Diecefis, provincie Maguntinenſis ac Magiſtri civium & conſulatus opidi Landsbergenſis dicte Diecefis, nobis nuper exhibita petitio continebat, quod cum alias ipſi Magiſtratus & Conſules a felicis recordationis *Innocentio VIII.* predeceſſore noſtro, quod, cedente vel decedente tunc predicatore dicti opodi ſeu officium predicandi ibidem alias quomodolibet dimitente, liceret eis inibi predicatorem pro eorum nutu amovibilem deputare, ſibi concedi obtinuiſſent, ipſique Abbas & conventus, pretextu cuiusdam concordie olim inter quendam *Lienhardum* tunc Abbatem & Conventum dicti Monaſterii ac Magiſtrum civium & Conſules predictos ratione parochialis Eccleſie aliorumque beneficiorum in dicto opido tunc fundatorum & in poſterum fundandorum facte & inite, & per pie memorie *Sixtum Papam IV.* etiam predeceſſorem noſtrum confirmate, per quam inter alia ius nominandi perſonas idoneas ad Magiſtrum civium & Conſules, preſentandi vero perſonas ſic nominatas ad parochialem Eccleſiam, & alia beneficia predicta, quocies illorum ſeu aliquorum vacatio occurret, loci ordinario per eum inſtituendas ad Abbatem pro tempore exiſtentem & Conventum eiusdem Monaſterii pertinere dinoſcimus, indulto eiusdem *Innocentii* predeceſſoris noſtri: ſe oppoſuiſſent ac feciſſent quo minus

minus indultum huiusdem ſortiretur effectum; & propterea inter Abbatem & Conventum ac Magiſtrum civium & Conſules predictos lites & controverſie veriſimiliter oriri formidarentur: tandem partes ipſe cupientes litium anfractus evitare ad infra ſcriptam concordiam devenerunt, per quam inter alia Abbas & Conventus prefati iuri Patronatus & preſentandi perſonam idoneam ad dictam predicaturam, dum pro tempore vacat, tam intuitu prioris concordie predicte quam illius confirmationis eis quomodolibet competenti, ſpecialiter & expreſſe renuntiarunt; conſentientes, quod dum illa deinceps vacare contigerit Magiſter civium & conſules prefati predicatorem ad ipſorum nutum amovibilem, alias iuxta formam litterarum *Innocentii* predeceſſoris noſtri deputare, aſſumere, eligere, & nominare libere & licite valleant: priori concordia ac litteris *Sixti* predeceſſoris noſtris quoad parochialem Eccleſiam predictam & alia beneficia dicti opidi in ſuo robore permanente, prout in quodam publico inſtrumento deſuper confecto dicitur plenius contineri. Quare pro parte *Petri* Abbatis & Conventus ac Magiſtri civium & conſulum predictorum nobis fuit humiliter ſupplicatum, ut poſteriori concordie huiusmodi pro illius ſubſiſtentia firmiori robur apoſtolice confirmationis adiicere & alias in premiſſis oportune providere de benignitate apoſtolica dignaremur. Nos igitur qui inter fideles quoslibet pacis amenitatem vigere ſinceris deſideriis exoptamus, *Petrum* Abbatem ac Magiſtratum civium nec non ſingulos ex conventu cum conſulibus predictis a quibuscunque excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti aliisque eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris & penis a iure vel ab homine, quavis occaſione vel cauſa, latis, ſi quibus quomodolibet innodati exiſtunt, ad effectum preſentium duntaxat conſequendum, harum ſerie abſolventes & abſolutos fore cenſentes, huiusmodi ſupplicationibus inclinati indultum *Innocentii* & poſteriorem concordiam *Sixti* predeceſſorum noſtrorum, ac litteras tam *Innocentii* quam *Sixti* predeceſſorum huiusmodi quoad paro-

chia-

chialem Eccleſiam & alia beneficia predicta auctoritate apoſtolica, tenore preſentium approbamus, & perpetue firmitatis robur obtinere decernimus, nec non poſteriorem concordiam huiusmodi ac prout illam concernunt omnia & ſingula in dicto inſtrumento contenta & inde ſequentia quecumque confirmamus & ſimiliter approbamus ac preſentis ſcripti patrocinio communimus: ſupplemusque omnes & ſingulos defectus, ſi qui in concordia & inſtrumento prefatis forſan intervenerunt: & nihilominus pociori pro cautela, eisdem Magiſtro civium & conſulibus, quod cedente vel decedente moderno dicti opidi predicatore ſeu officium ipſum alias quomodolibet dimittente, liceat eisdem Magiſtro civium & conſulibus predicatorem idoneum, ad eorum nutum, ponendum & amovendum perpetuis futuris temporibus deputare & admittere ſimilibus auctoritate & tenore indulgemus; non obſtantibus conſtitutionibus & ordinationibus apoſtolicis ac ſtatutis & conſuetudinibus Monaſterii & ordinis predictorum, iuramento, confirmatione apoſtolica vel quavis firmitate alia roboratis ceterisque contrariis quibuscunque. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtre confirmationis, approbationis, conſtitutionis, communitionis, ſuppletionis, & conceſſionis infringere, aut ei auſu temerario contraire; ſi quis autem hoc attemptare preſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei ac beatorum Petri & Pauli apoſtolorum eius ſe noverit incurſurum. Datum Rome apud beatum Petrum anno incarnationis Dominice MCCCCXCIV. Sexto Kal. Iunii pontificatus noſtri anno II.

Num. XLI. Eccleſia in Lattenſchwang, An. 1505.

Iulius Epiſcopus ſervus ſervorum Dei dilectis Filiis Abbati, & Conventui Monaſterii Sancti Petri in Weſſenbrunn Ordinis Sancti Benedicti, Auguſtenſis Dioceſis, Provincie Moguntinenſis ſalutem & apoſtolicam Benedictionem. Cum a nobis petitur quod iuſtum eſt honeſtum, tam vigor equitatis, quam ordo exigit

ratio-

rationis, ut id per ſolicitudinem officii noſtri ad debitum perducatur effectum. Eapropter dilecti in Domino Filii veſtris iuſtis poſtulationibus grato concurentes aſſenſu, omnes libertates & Immunitates a predeceſſoribus noſtris Romanis Pontificibus ſive per Privilegia vel alias Indulgentias vobis & Monaſterio veſtro conceſſas, nec non libertates & Exemptiones ſecularium Exactionum a regibus & principibus ac aliis Chriſti fidelibus vobis & eidem Monaſterio veſtro rationabiliter indultas; ſpecialiter autem duas partes decimarum parochialis Eccleſie ſeu illius perpetue vicarie in Tatenshwang dicte Dioceſis ac alias decimas, primitias, cenſus, fructus, redditus, proventus, poſſeſſiones, agros, loca paſcua, nemora, Domos, ſilvas, grangias, molendina, aquas, aquarum decurſus, ſtagna, lacus piſcatorias, ſepulturas, anniverſaria & alia iura, iurisdictiones & alia bona ad dictum Monaſterium ſpectantia, nec non omnia & ſingula Beneficia Eccleſiaſtica cum cura & ſine cura eidem Monaſterio veſtro canonice unita, annexa & incorporata, ſicuti vos in uſus proprios obtinere aſſeritis cum omnibus iuribus & pertinentiis eorum, ſicuti ea omnia iuſte & pacifice poſſidetis vobis & per vos eidem Monaſterio apoſtolica auctoritate confirmamus & preſentis ſcripti patrocinio communimus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtre confirmationis & communitionis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attemtare preſumpſerit indignationem Omnipotentis Dei ac beatorum Petri & Pauli apoſtolorum eius ſe noverit incurſurum. Datum Rome apud Sanctum Petrum anno Incarnationis MDV. nono Kal. Aprilis pontificatus noſtri anno tertio.

Num. XLII. Excerpta Genealogica.

1320. C*hunr. de Wildenrod.*

1333. *Witigo de Egloſingen. filius Witigo.*

1335. *Stephan de Schmiehen, Heinric. & Frideric. Graeuteri, Ioh. de Schondorf.*

1336. *Frideric. Grauter, Bertold de Wittoldthauſen.*

1350. *Dietr. de Erefing, Oſwald. & Diter. filii eius. Schweik. de Mindelberg, Heinr. de Umenhofen, Marcw. de Erefingen, Hans Zeller Senior, Lutz de Pleimarſwank, Heinr. & Ulr. de Adelzhofen.*

1353. *Ludwig de Mundriching, Heinr. de Aynſchofen.*

1379. *Conrad Schrenk de Schaitbach, Heinricus de Gumpenberg, Heinr. de Auſenhofen, Heinr. de Rormoſen, Conrad. de Weilbach, Heinr. de Hugenhauſen.*

1396. *Eberhard de Rorbach.*

1403. *Iohann der Dieſſer Landr. zu Landſperg, Ulr. Grauter.*

1416. *Ulr. de Haldenberg, uxor Doroth. Heinr. de Haldenberg, Conrad. de Weſterhofen.*

1424. *Goſwein Huntheimer.*

1441. *Barthol. de Wall, Iorg de Schwangau.*

1460. *Eyban de Wall, Lutze de Friedberg.*

1463. *Georg Pirckhamer.*

1472. *Wilhelm Areſinger, Pfleger zu Schongau, Wigelis Hund zu Kaltenegk, Walt. de Gumpenberg, Ulr. de Adelzhauſen, Georg Durnlein.*

1480. *Georg de Gumpenperg.*

1486. *Sebaſt. de Adelzhofen.*

1489. *Caſpar de Laimberg.*

1497. *Paul Pfettner.*

1497. *Sigm. Ioh. Iac. Pancrat. Tuckhenhauſer fratres.*

1506. *Erhard Perfal de Greiffenberg.*

1510. *Chriſtoph de Adelzhofen.*

MONU-

MONUMENTA WEYARIENSIA.

PRÆFATIO.

Weyarn, *Vinaria*, nobile Canonicorum regularium D. Auguſtini monaſterium, in editiſſima Mangfaltæ fluvii ripa, medio fere inter Tegernſeum atque Beihartingam itinere ſitum, tetrarchiæ Monacenſi accenſetur.

Autorem Vinariæ ſacræ ſalutamus Sigibotonem I. Neuburgi ad Mangfaltam & Falckenſteinii Comitem, qui filio, quem unice dilexerat, orbatus, veſtem monaſticam induit, cellamque vinariam, unde & loco nomen contigit, recipiendo Canonicorum regularium coetui aptavit anno MCXXX.

Cæterum vix aliud ullum apud nos coenobium durioribus, quam Weyaria noſtra, iactatum, perculſum eſt fatis: quæ incendiis feralibus iterum iterumque, quinimo bis uno in luſtro vaſtata, ſemel in ruinas collapſa, ter præda hoſtium facta, haud ſine divum numine in noſtram quam vivimus ætatem duravit.

Jam vero ſi tantos poſt caſus, litterarum antiquarum quicquam Weyariæ ſupereſſet, inter portenta omnino foret. At ſupereſt tamen codex nobiliſſimus, eximium utique morum iurſumque avitorum monimentum, Liber cenſualis atque feodalis Comitum Neuburgenſium, iuſſu Sigebotonis III. circa annum 1180. digeſtum, quem ex autographo recitamus.

Picturas, frontem libri marginemque exornantes, exhibet Tabula IV. quarum quarta & quinta ſolemnia inveſtiturarum repræſentant: Falckenſteinenſia inſignia ex monimentis ſepulcralibus deſcripſit Georgius Præpoſitus.

Columna milliaris, cuius ectypon in tabula noſtra locum poſtremum occupat, modo ſervatur Valeyæ, quod caſtrum eſt Ill. atque Excell. Comitis de Tattenbach: ad alterum a Weyaria lapidem ſitum; & illa quidem longiuſcule abhinc, proxime viam romanam inventa quæ a *Camboduno* ad *Eſcones* ducebat. Affundunt hæc lucem egregiam ſyſtemati, quod Celeb. Limprunnius noſter circa Geographiam antiquam Baioariæ condidit, Commentar. Academiæ Boicæ

cæ Vol. II. Parte I. pag. 96. ſeqq. Neque profecto cuiquam dubium iam poterit eſſe, quin Cambodunum, LX. M. paſſuum ab *Auguſta* diſtans, ſtatutum fuerit ad Iſaram iuxta vicum *Straslach*, paulo ſuperius Grunwaldenſe caſtrum: quin & *Eſcones*, ad quas a Camboduno numerabantur paſſuum milia XX. hodieque hac ipſa a Straslachio diſtantia ſuperſunt, circa vicum Helfendorff, in curia *Eſchenhof*, tractuque quem nuncupant *in dem Eſchen*.

Sed hæc omnia auctori feliciſſimi ſyſtematis ulterius explananda relinquimus. De hoc uno iam ſolliciti, ut ſumma reverendiſſimi Weyarienſium præſulis *Ruperti* circa nos merita, mentemque noſtram gratiſſimam publici profiteamur.

Series RR. Præpoſitorum Weyarienſium
ex Monumentis Authenticis.

Wilhelmus I. 1177. 1199.
Liebhardus 1236.
Gotſcalcus 1307.
Wilhelmus II. 1337.
Conradus I. 1347.
Albertus 1350.
Heinricus 1377.

Con-

Conradus II. † 1389.
Ulricus † 1403.
Jacobus I. † 1428.
Conradus III. † 1434.
Paulus † 1440.
Chriſtianus † 1466.
Fridericus † 1474.
Leonardus † 1490.
Georgius I. † 1516.
Georgius II. † 1532.
Iacobus II. † 1543.
Georgius III. † 1548.
* *Iohannes admin.* 1561.
* *Oſwaldus adm.* 1569.
* *Iohannes adm.* ſecul. 1570.
* *Iohannes adm.* 1571.
* *Bernhardus adm.* †. 1575.
* *Leonhardus adm.* † 1589.
Caſpar Præp. reſ. 1607.
Wolfgangus † 1626.
Valentinus † 1659.
Bernhardus † 1671.
Benno † 1697.
Præſidius † 1731.
Patricius † 1753.
Auguſtus † 1765.
RUPERTUS.

Monu-

MONUMENTA WEYARIENSIA.

CODEX FALCKENSTEINENSIS.

Iſte liber continet redditus omnium Poſſeſſionum & Caſtrorum, que Comes Siboto iure proprietatis vel titulo feodali poſſedit de principibus per omnes Provincias. An. 1180.

Huc ſpectat Figur. n. I. Tab. IV.

Dominus Comes *Siboto* monet, hortatur, cunctos fideles ſuos preſertim *proprias viros* de conſilio & auxilio filiorum ſuorum poſt mortem ſuam diſponendarum rerum, videlicet per quos velit regere, & quibus etiam velit committere: proinde ergo preſcribi iubet quinque viros *Pabonem* videlicet *de Nivenburck, Sifriden de Ollingen & fratrem eius Hoholden, Ottonem de Herranſtain filium patrui ſui, Helmbolden de Endorf*; hii vero viri debent Domino *Chunoni de Meglingen* iurare in preſentia ceterorum, qui *ſunt proprii* Comitis, ne unquam Domnicellis ſuis concedant aliis beneficium de redditibus inbeneficiare donec ad intelligibilem etatem perveniant. Monet etiam & iubet, omnes proprios viros ſuos his V. viris iurare aſſenſum, & auxilium ad exequendum in omnibus exhibere. Tali igitur conditioni committet filium ſuum *Domino Chunoni* ut ita procuret ſicut iure debet.

Ne igitur poſteros lateat ſuos Cyrographum quod teutonica linqua *Hantgemalchen* vocatur, ſuum videlicet & *nepotum ſuorum, filiorum ſcilicet fratris ſui, ubi ſitum ſit ut hoc omnibus palam ſit.* Illud eſt nobilis viri manſus ſitus apud Giſelbach in cometia Moeſfourten, & hoc idem Cyrographum obtinent cum eis Huneſpergere & Pruchepergere.

De *predio libertatis ſue* notum ſit omnibus qualiter actum ſit, quomodo illud teſtimonio optinuit *coram Ottone palatino* ſitum apud Giſelbach poſſidendum iure perenni, *eo quod ſenior in gererutione illa videatur.* Huius rei teſtes ſunt, *Roudprecht Wolf de Pochſberch*, *Chuno de Megelingen*, *Pabo de Erringen*, *Alber de Brungeben Sigiboto de Antwerte*, *Gebhardus Comes Hallenſis*, *Dietricus de Slibingen*, *Otto de Moſen*, *Ortolf de Keckingen* & alii nobiles viri, *Skefen* ſcilicet & *Dinclite*: acta ſunt hec Moringen.

Notum eſſe cupit Comes Siboto univerſis Chriſti fidelibus tam preſentibus, quam futuris, qualiter tres Eccleſias urbibus ſuis poſitas fideli dote dotaverit, & unde divinum officium iugiter illic ſit celebrandum. Ad altare illius Eccleſie, quod eſt ſuper *Niwenburch*, quod eſt inferius, quod & dedicatum eſt in honore ſancte & perpetue Virginis Marie dos pertinet, que ſita eſt apud villam Sehaim, & lis erat ſuper hac interpoſita tunc de Wiare & *militem proprium* ipſius comitis. Hanc litem ipſe Comes diſcrevit inter eos, & diſſolvit, & ſuper altare iam dictum delegavit. Ad ſuperius altare eiusdem Eccleſie, quod in honorem ſancti Iohannis Baptiſte & ſancti Iacobi dedicatum eſt; dedit predium quod in Steingouwe ſitum eſt, cum mancipiis quibusdam ibidem manentibus, videlicet filiis ſororis cuiusdam Gotte. Effecit quoque, ut divinum deinceps officium a prepoſito & ſuis fratribus de Wiare iugiter celebretur. Eccleſiam quoque, que ſuper urbem Valchenſtein poſita eſt dotavit cum predio, quod iacet apud Durchuſen quod ad

fruendum

fruendum tradidit fratribus ſuper montem ſancti Petri Deo ſervientibus, & ut divinum officium illic ab ipſis fratribus perpetuo celebretur. Eccleſiam ſuper urbem Hademarſperch ſitam dotavit cum predio, quod ſitum eſt apud Sunderheringen, que Eccleſia dedicato eſt in honore ſancti Iacobi fratris Iohannis apoſtoli. Eccleſia autem ſuper Valchenſtein in honorem ſanctorum *Leonhardi* & *Egidii* dedicata eſt.

Comes Siboto patefacit omnibus ſuis & univerſis ſcire volentibus, quid vel quantum procurator ſue urbis, ſcilicet Nivenburch, debeat ad expenſas miniſtrare, vel quantum de procuratione ipſa ad eam urbem pertineat.

Inprimis dicendum eſt, quid advocatia ab Aibilingen miniſtret, cum Placitum ſuum more ſolito ibi habuerit, duabus vicibus videlicet pernoctans & ad prandium in die: hoc ſunt V. porci, duo maturi & tres minores, & XXX. modii avene ad pabulum, & decem modii ad braxium, & duo modii tritici, & tres modii ſiguli, & urna mellis vel Sagmam medonis, & unam Sagmam vini; X. anſeres, XXX. galline, centum caſei & vacca una, trecenta ova. Hec ad ſervitium ſuum pertinent quando legitimum placitum in advocatia habuerit.

De Legendorf porci II. dantur, unus maturus & alius inferior. XII. metrete fabe, due urne olerum. II. anſeres, pulli III. centum ova & ad viſitationem XII. metrete tritici.

De duabus curiis Opſte porci VII. dantur, duo maturi & unus bonus & IV. alii; ad viſitationem I. modium ſiguli, IV. modii avene, modius leguminis, ſedecim metrete fabe, modius raparum, modius olerum, anſeres IV. pulli XII. CC. ova, cutem valentem XV. denarios.

De curia illa Ebra dantur II. porci unus valens XXX. nummos & alius *Sloucpratiger*, & modius fabe, modius raparum, modius olerum IV. anſeres, XII. pulli, C. ova.

De illa curia Ruite unus porcus maturus & alius *Sloeprati-ger* & modius fabe, modius olerum, III. anſeres, X. pulli, & C. ova.

De curia illa Sceſliten datur unus porcus XL. denarios valens.

De Chirchdorf II. porci unus maturus & alius minor, modius leguminis, fabe & piſe, modius raparum, modius olerum, anſeres II. pulli VI. cutis *ad emptionem olei* & de decimatione ibidem III. porci dantur & C. ova.

De alia curte, que in eadem villa iacet ſimili modo dantur II. porci unus maturus & alius minor & cetera *omnia ſicut* & de priori curte.

De Willingen IV. porci dantur, modius leguminis, fabe & piſe, modius raparum, modius olerum, anſeres II. pulli VI. C. ova cutis ad oleum: ad viſitationem dimidius modius tritici & modius avene.

De curia apud Lintoltingen dantur III. porci, unus qui publica cenſura L. nummos valeat, alter XV. tercius X. dimidius modius fabe & piſe, dimidius modius herbarum, & dimidius modius raparum II. anſeres VI. galline, XII. tritici metrete ad viſitationem.

De curia illa que propria comitis eſt Mitternchirchen dantur I. porcus, II. minores II. anſeres, VI. galline, unus modius fabe & piſe; modius raparum. modius herbarum.

Summa omnium porcorum, qui de procuratione urbis Nivenpurch pertinent ſunt XLVII. ex his VIII. ſunt maturi.

De curia illa de Tanne & ſilva dantur II. porci unus faginatus & alius qui minus valeat, & de ipſa curia III. Friſhingi & III. anſeres & VI. pulli. & dimidius modius fabe.

Nunc

Nunc dicendum eſt de arietibus de eadem Procuratione pertinentibus: de Tambuhelen datur aries unus; de Tatenhuſen II. de Trichingen I. de Ovinchoven I. de Liutoldingen III. de Mitternchirchen II. de Wiheſſe I. de Stuthuſen III. de Heigilingen II.

Summa omnium arietum ſunt. XVI.

Nunc dicendum eſt de armentis, que iterum pertinent ad eandem procurationem: ad Tampuhelen unum armentum, ex hoc CCCXXXVI. caſei computantur.

Ad Tatenhûſen I. & item ex hoc CCCXXXVI.

Ad Mitrichirchen I. iterum ex hoc CCCXXXVI.

Ad Ouge I. & item ex hocCCCXXXVI.

Ad Ruhte iuxta Ebram item armentum habet, ex hoc CCCL. caſei dantur.

Summa mille ſeptingenti Caſei.

Ex armentis Piſenperh dantur Nivenburc mille CC. Caſei.

De Piſinpereh Richer dat porcum unum valens ſexaginta denarios: Werinheri allodium duos poreos uterque valentes quinquaginta. Henrich duos poreos unus major & minor, II. anſeres, VI. pullos, dimidium modium fabe, dimidium modium Piſe, modium rapularum, modium herbarum, modium tritici, modium ſiliginis tres modios avene ad ſervitium, Oudalſcalch duos porcos maiorem & minorem & aliud ſervicium ut prior. Engilram unum porcum, dimidium modium tritici, dimidium modium Piſe, tres modios avene, unum anſerem, tres pullos, modium rapularum & herbarum.

De Wirting *Luopoldus* tres modios avene, unum tritici *Friderich* tres modios avene, unum modium tritici.

De predio, quod habet Comes Siboto apud Piſenbergh ſubnotantur VII. porci de villicalibus curtis absque his, qui de manſionibus dantur, II. modii, ſabe II. modii raparum II. modii olerum & ad viſitationem II. modii tritici & mille ducenti caſei ex tribus armentis. Huius predii computantur XXX. manſus cum novalibus absque ſilva de qua multus terre cultus poteſt excidi & ad utilitatem provenire. Parrochianus ibidem conſiſtens debet uno quoque anno comiti dare quinque modios tritici, & decem modios brazii de avena.

Predium, quod habet Comes Siboto ad Wizzinge, computatur ad triginta Manſus, & in eisdem manſibus VII. curtes & tria molendina: ex quibus univerſis dantur tria talenta & VI. ſolidos & multum alii ſervitii, quod hic non poteſt computari, ſed procurator ipſius hoc ſatis in ſua computatione retinet.

Predium Comitis Sibotonis apud Wizzingen ſervit annuatim undecim talenta & tres ſolidos minus quinque denariis. Curtes Adilwardi duo tallenta, curtes de Vogiltal X. ſolidos, curtes *Hernoldi VII.* ſolidos; curtes; *Henrici VI.* ſolidos & X. denarios, tria molendina talentum I. Eppo dimidium talentum, XII. denariis minus, Laidiratishubi XXIIII. denarios. Hnachithovin tres ſolidos. Huttilhovin LXV. denarios, Snovinhovin L. dennarios: Manſus Geruridi LXXX. denarios, manſus Wernherti Graſinhul ſex ſolidos XX. denarios, curtes Ulrici ibidem VI. ſolidos XX. denarios, manſus Ulrici inibi VI. ſolidos decem denariis minus, Gneno XLV. denarios, Undirbuech V. ſolidos XX. denarios, Edituus XV. denarios, Adilman XV. denarios, Uxor Hiltibrandi V. denarios; quidam de area & agro & granario XVIII. denarios; Tribularii XX. denarios

gebeno

Gebeno de piſcina & novali LX. denarios quod tributum dabitur annuatim in feſto Sancti Martini, & quicunque id non dederit eodem die, duplex tributum perſolvet.

Urbs Valchenſtein.

Comes *Siboto* patefacit omnibus ſuis & univerſis ſcire volentibus, quid & ſibi debeat amminiſtrari de prepoſitura, que eſt ſuper bona ſua, que pertinent ad Urbem Valchenſtein[1] de Urdorf & ceteris ad hec pertinentibus. De curia ſua Phonepe & de monte ibidem quinta dimidia carrata vini datur. De Immingen ad autumnum V. ſagme & in Maio ducture due ſive ſagme dantur: de Chontele due ſagme dantur, 1. ad autumnum & altera in Maio. De Iochberch 1. Sagma. In Brixental, quod non eſt ex predio, due carade vini dantur, 1. ad autumnum & 1. in maio. De Aſchaba III. ſagme II. in autumno, & 1. in maio. De Groube III. ſagme pari modo dantur. De Urdorf II. carade dantur. Super Ouge dimidia carrada. In loco Azemani V. lagene dantur; de Antrete, I. ſagma. De Swinſtie I. ſagma: ſuper Phearinperch unam ſagmam; ad Flinſpach ſuper colle III ſagme; ad Griezzenpach II. ſagme; ad Niunhuſen III. ſagme due in autumno I. in maio & de predio Adalberti ibidem I. ſagma vini & una ſagma ſalis, & de predio iuxta Eccleſiam, in quo Engilher manet II. ſagme I. in autumno & I. in maio dantur. De predio ad Altenburch quod ab Hainrico emit II. ſagme ſalis dantur. Ad Liten II. ſagme vini dantur, I. in autumno I. in maio; in Zilerſtal Hainricus de Chaltenbach unam Charradam, III. ſagmas in autumno & unam in maio; de novalibus decimatis Dom. Comiti VI. ſagme in autumno, Adalbert ad Vderns I. ſagma, Einwich ibidem I. ſagma. De Turrenbuhelen II. ſagme dantur una in autumno & I. in maio.

Prepoſitus debet dare de Urdorf XVII. carradas vini & unam lagenam in autumno, in maio dantur IV. carrade & una ſagma.

De

De Sonnowe datur dimidium talentum & II. ſagme vini, de decimacione apud Zirelſtat datur talentum & carrada vini: de Walde apud Urdorf dantur III. ſagme vini, de Chouſtein & Agileim carrada una, ad Ubervilchin due ſagme vini. Predium, quod Dominus Siboto dederat ſagmam unam: predium apud Winden II. ſagmas.

Incipit adnotatio. Summa prediorum, atque beneficiorum Domini Comitis Sibotonis. *Siboto Comes de Niwenburch, item de Valchenſtein, itemque de Hademarſperch, & de Herranteſteine filius Radolfi* Comitis conſilium dat, rogatque proprios & amicos cognatosque, quomodo vel qualiter agant poſt mortem ſuam de acquirendis beneficiis ſuis, que poſſidet a diverſis dominis ſuis a).

a) *Huc ſpectat Fig. IV.*

Primum itaque & precipue rogat, & monet agere pro beneficio illo, quod habuit primum a Patavienſi Epiſcopo, videlicet Huelaten, Gemmemaneſtorf, Tuifenbach & alia ad hec pertinentia que non poſſunt deſcribi propter urgentem cauſam; eamque, quia ſi *miniſteriales Ducis Orientalis Provincie* venerint, & inbeneficiati fuerint de eo, nullo modo filii ſui poſſunt eis erripere, & ſic perdetur: & huius beneficii ſunt plus quam quadringenti manſus. Ad hec monet, hortaturque ut omni adniſu idem agant pro beneficio, quod poſſidet a filiis *Comitis Gebehardi de Burchuſen*, quod magne utilitatis ipſi eſt, cuiusque pars magna eſt, & ſita eſt in orientis partibus, & propter predictam cauſam: videlicet ne miniſteriales Ducis orientalis illud inbeneficiare anticipent, pro eodem beneficio agendum eſt, ne predicti miniſteriales illud in *Anevet* concedi obtineant. Huius ſunt plus quam quadringenti Manſus. Poſt hoc ſimili modo rogat, ut idem agant pro beneficio quod habet a Comite *Gebehardo de Sulzbach*, cuius ſunt fere quadringenti manſus. A Palatino *Comite Ottone*, ſcilicet iuniore, habet centum manſus in quo beneficio tanta utilitas eſt, quod nullomodo

do debet pretermitti, quin ab eo obtineatur. Itaque univerſis ſibi fidelibus diligentiſſime commendat, ut primitus agant & elaborent, nec rebus, laboribusque ſuis pareant, quin hec quatuor beneficia ſuis filiis obtineant, ſi ipſe prius vita exceſſerit, quam hec illis ipſe obtineat. Poſt hoc, primum rogat, ut agant idem pro beneficio, quod poſſidet ab Epiſcopo Tridentino, ne ſuis filiis alienetur, cuius ſunt fere quadringenti manſus. *A Marchione de Chreiburch* habet beneficium, cuius ſunt fere treceanti manſus; *a Comite Hallenſi de Wazzerburch* beneficium habet, cuius ſunt ducenti quinquaginta manſus. A Duce *Welfone* habet ducentos manſus: *a Comite de Scalach* habet Ourdorff & Willingen & alia que etiam non negligantur niſi ab eo acquirantur. De Comite *Chunrado de Biliſtein* habet beneficium de quo habet *Sifridus de Mouiniche* VII. Talenta & *Magenes de Vurta* VIII. Talent. *Dietmar de Weſterberch* V. Talenta. *Heinricus de Winesfteche* curtem unam iuxta Halle. De *Duce* Bawarie habet *Comatiam in Laichental*. A Duce Orientalis provincie de prediis ipſius Comitis in terra ipſa poſitis habet modios, qui vocantur *Marchimutte*, & iuſticiam operum que in urbibus Ducis fieri debent & ceteras juſtitias, que de prediis Comitis debentur Duci ab eo ipſe habet in beneficium. *A Marchione de Stire* habet beneficium quod ſitum eſt apud Viſcahe & Hartperch. Ab Epiſcopo Iuvavenſi habet tres advocatias, unam ſuper prepoſituram clauſtri Chimeſe, alteram ſuper ipſius epiſcopi bona circum ibidem iacentia, tertiam ſuper *prepoſituram clauſtri Wiare*. A Ratiſponenſi Epiſcopo habet beneficium quod *Heinricus de Clammeſteine* abeo poſſidet & alia: De Abbate Tegarenſe duas villeas curtes, & mollendinum in proprio uſu habet & magnam familiam. De Comite *Rapotone de Ortenberch* duas carradas vini habet, in Brixental & alia. Ab Epiſcopo Friſingenſi habet advocatiam *ſuper montem ſancti Petri; de Comite Pertaldo de Andechſen* habet be-

neficium apud Ingoltesperch ad duo talenta, quod Dominus *Lazarias* ab eo poſſidet. Ecce ſunt hic preſcripta cuncta que a diverſis ſuis Dominis Dominus Comes *Siboto* poſſidet, de quibus omnibus omnes fideles ſuos, ut ſupra diximus, monet, hortatur, rogat, ut maximam curam habeant, omnibus poſtpoſitis, de quatuor beneficiis in primis poſitis filiis ſuis obtinendis. A Palatino Comite habet beneficium de quo habet *Adalbero* curtem illam de Anzingen, *Oſtricus* duas manſus Lanchampſen: *Otto de Tala* tres houbas & aliud uſque ad XX. manſus.

Prepoſitus de Urdorf debet ſingulis annis in autumno XVIIII. Carradas absque tribus lagenis.

Itaque Prepoſitus Comitis, qui his bonis *omnibus preeſt*, etiam uno, quod ſibi ultra Wibetwaldes debetur, *de venetis &* de curtis ſuis conducere Comiti debet: ſcilicet de loco *Runſche & Gurlon* & de decimatione, que eſt in confinio illo ſuper predio, quod habet in Pozen. In Campillen, habet predium. In Kellare habet predium. Mais habet predium. Ex altera parte *Yſages* fluvii quod dicitur in der ove habet predium; hec predia omnia ſunt vinee.

Nunc de armentis dicendum eſt, ad Catprunen ſunt duo armenta, ad Iachperch unum, ad Brixental unum, ad Urdorf ſunt VIII. armenta in proprio uſu, & duo conceſſa, unum *Urbano* & unum prepoſito, & in Zileſtal unum conceſſum eſt *Urbano* ſuo. De *Ourdorf* dantur duo milia & CCCC. Caſei absque conceſſis, de *Pinzguoe* ſeſcenti Caſei. De Brixental ſeſcenti; de *Lochperch* CCC. Caſei, de prepoſitura Aurdorf dantur. IIII. milia & ducenti Caſei.

Prepoſitus de *Urdorf* debet hoc providere ut ex ſuo officio annualiter ſagmam olei Comiti amminiſtret & exhibeat de his

que

que ſub ſua cura habet, ſine moleſtia Comitis, ex diverſis impenſis, & ſagma XII. cados habeat. Hanc ſagmam dat de manſo ſuper quod ipſe ſedet, quod pertinet ad ipſum officium, & ex uno armento quod pertinet ad idem officium, & de LXXX. nummis, qui dantur in Prixental & de cenſu frumenti quod datur in Zilerſtal de manſis. Colligitur vinum & oleum ſuum apud Panſanum & in unum locum ponitur.

Predium apud Swaths quod habuit *Wolfkerus frater Comitis Sibotonis & etiam proprius ipſius* traditum ſibi ab eodem, dabit Comiti *Sibotoni*, utrum ipſe velit, unam ſagmam vini, vel duos cados olei.

Beneficium, quod habuit quidam miles nomine *Ulrich a Comite Sibotone* in ſuperiori Flinſpach liberum ſibi factum; dabit ſibi annualiter VI. cados olei.

De ſolitudine id eſt *Ainhoede* unus porcus trium annorum non paſtus & alterum II. annorum, & alios duos porcos minores, & duos anſeres, VIII. pullos, dimidium modium piſarum & dimidium modium olerum XC. ova.

De curte illa in ſuperiori Phlinſpach redditur unus maturus porcus & duo alii, & duo anſeres & VI. Galline, & modius fabarum dimidius, & modius holerum, & dimidius ſiliginis & C. ova.

Nunc de arietibus dicendum, de *Ourdorf* dantur. XIII. arietes ſive oves, queque valens XIII. denarios, *de Pinzgoue* III. *de Zilerſtal* IIII. ſumma omnium erit viginti.

Ex lino quod datur ex hoc officio ſedecim *Haſpe* erunt, & in Bongoue XII. maſſe ferri queque valens XII. denarios.

Nunc dicamus de porcis. De predio ad Catprunnen tres porci dantur unus maturus, & duo alii . . . . modii ſiguli

& dimidium avene: tres dimidii modii tritici vel fabe, modius raparum vel olerum, anſeres . . . . pulli . . . ova CCC. ad paſcha C. ad Pentecoſt CC. IV. *Haſpe* lini, cutis ad emptionem olei.

De *Ourdorf* de Villicali curte VIII. porci dantur, duo maturi, & VI. alii & unus inſuper ad viſitationem: XXX. panes XV. albos XV. ſigilinos magnos, modium cereviſie, modium fabe & piſe, & dimidium modium puri milii, modium raparum. modium olerum, III. anſeres, XII. pullos C. ova ad Paſcha C. ad Pentecoſten: & idem villicus debet accipere ſibi ante portionem frugum X. *Scoberes* avene & inde debet facere ſuo Domino X. modios *cereviſie optime*: ad hoc dantur *Haſpe* lini VIII. medietatem frugum villico & Domino, & armentum ovium ſit illic iugiter in ſuo feno.

De Havenaren IIII. porci unus maturus, & III. alii, modius raparum, modius olerum III. anſeres X. pulli C. ova, cutis ad emptionem olei.

De curia Phlinſpach IIII. porci unus maturus & alius bonus & duo minores, modius ſiguli, modius avene, dimidium modium leguminis, modium raparum, modium olerum III. anſeres X. pulli C. ova, cutis ad oleum, libra lini.

De curia ſuperiori in eadem villa IIII. porci dantur unus maturus & alius bonus & duo minores, modius ſiguli, modius avene, modius leguminis, modius raparum, modius olerum III. anſeres X. pulli, C. ova, cutis ad emptionem olei, libra lini.

De curia illa ſuperiore Tegrendorf V. porci dantur, unus maturus & alius bonus & tres minores ad viſitationem; modius tritici & modius avene, modius fabe, modius raparum, modius olerum, anſeres III. pullos X. ova C. cutis ad emptionem olei.

De

De inferiori curia iuxta Ecleſiam dantur II. porci unus maturus & alius minor, modius tritici, III. modios avene, modius leguminis, modius ſabe & piſe, III. anſeres, VI. pulli, C. ova, cutis ad oleum.

De curia quam habuit *Deginhardus* in ſuperiori Flinſpach datur unus pocus maturus, unus anſer, II. Galline, L. ova.

De curia illa que fuit Domini *Eberhardi* IIII. porci dantur, unus maturus & III. alii, modius ſiguli, modius avene, modius leguminis, modius raparum, modius olerum III. anſeres, X. pulli, C. ova, cutis ad oleum, libra lini.

De hoc officio dantur X. talenta: de porcis XI. maturi ſunt.

Hec eſt urbs Hademarſperch, & hec eſt adnotatio procurationis ipſius urbis.

Huc ſpectat Fig. n. 3. Tab. IV.

Scire volentibus pateſacit Comes Siboto, quot & quanti porci de procuratione, que pertinet ad urbem Hademarſperch ſibi ad ſervicium perſolvantur & quantum ſibi de minori ſervicio miniſtretur.

De Cheffendorf dantur duo porci maturi, III. anſeres. XII. pulli, C. ova. De Sewalhen dantur V. unus maturus & IIII. alii: ad viſitationem modius. De Oeckerſtorf unus porcus valens XXX. nummos: de Inheringen dantur duo porci maturi III. anſeres XII. pulli.

De Turnhuſen V. unus maturus & IIII. alii: & VIII. metrete tritici ad viſitationem, itemque VIII. ſiguli, modius ordei, modius avene, modius leguminis ſabe & piſe, modius raparum, modius olerum III. anſeres. VI. pulli C. ova, cutis ad emptionem

 olei

olei. Item in eadem villa de ſilva que adiacet ſibi dantur duo porci uterque duorum annorum.

De Hemmenhoven tres; unus maturus & duo alii, modius ſabe & piſe, pari modo modius raparum, modius olerum, anſeres III. Pulli VIII. C. ova, cutis ad emptionem olei.

De Obinge III. porci unus XXX. nummos valens & alii II. uterque valens XII. numos, III. anſeres, VIII. Pulli, C. ova.

De Vendenbach, ut ſupra dictum eſt, dantur III. porci unus maturus & II. minores, III. anſeres, VII. pulli, modius ſabe & piſe, modius rapatum, modius olerum, C. ova, cutis ad emptionem olei.

De Chizzingen III. porci maturi dantur & ad viſitationem X. metrete tritici & ſiguli, dimidius modius ſabe & piſe, modius raparum, modius olerum, C. ova, anſeres II. pulli VI.

De Ekkeſteten V. porci dantur. unus maturus & II. boni ſint & duo alii; ad viſitationem modius ſiguli, modius avene modius ſabe & piſe, modius raparum, modius olerum, anſeres IV. pulli XII. panes XII. VI. triticei VI. ſigulinei, C. ova ad paſcha; quinquaginta ad pentecoſtem, cutis ad emptionem olei.

De Lutterenbach III. porci unus XXX. valens & II. uterque XII. numos valens, III. anſeres, VIII. pulli, ova C. cutis ad emtionem olei.

De Conſteten dantur VI. porci III. de villico III. de molendino, de curia VI. anſeres XII. pulli, centum ova: de mollendino XII. pulli, & de curia modius ſabe & piſe, dimidius modius milii.

De curia Stochaime datur unus porcus XXX. nummos valens & duo allii, XXIV. nummos valentes, II. anſeres, IV. pulli, & X. metrete leguminis & L. ova.

De

De molendino apud Antwerte datur porcus XXX. nummos valens & duo alii XXIV. nummos valentes, & novem modii trium frugum, tres tritici, ſiguli, avene: tres anſeres, VIII. pulli, C. ova.

De Razenperge datur porcus XXX. nummos valens.

De curte apud Wingard dantur uno anno duo porci, qui publica eſtimacioni LXX. numos, qui poſtquam dati fuerint bene valeant LXXX. & altero anno datur porcus bonus, ſcilicet *Slathswin* & non plus, duo anſeres & VI. galline & ad viſitationem XII. panes VI. triticei & VI, ſigulinei, vel V. metrete eiusdem equaliter diviſe.

De dimidio manſo Aindorf, ante Deinhardi modo proprio comitis, dantur XXX. nummi, tres modii avene, unus aries XII. denarios valens.

De Sconſteten de Beneficio Reginheri Screllin datur porcus publica eſtimatione XXX. nummos valens.

De curia Oudalrici debetur porcus magnus & tres minores, & de decima debetur porcus XXX. denarios valens, duo anſeres, & ſex galline, & XX. menſure leguminis X. fabe, & X. piſe, modius rapularum, & modius olerum, & Centenarius ovorum, X. menſure tritici, & decem frumenti in miniſtratione, & VIII. denarii pro dimidia curte. De ſecunda curia ſimiliter debetur porcus magnus & tres minores, duo anſeres & ſex galline, & XX. menſure leguminum, X. fabe, & X. piſe, modius rapularum & modius olerum & Centenarius ovorum, decem menſure tritici & decem ſiliginis in miniſtratione, & VIII. denarii pro dimidia curte. De Ruitheim datur porcus maturus ſexaginta valens denarios in Epiphania, & duo minores, & dantur tres anſeres, & novem galline, & dimidius modius

fabarum

fabarum & piſarum, & modius olerum, & modius rapularum. De alia villa Ruitheim iterum datur porcus ſexaginta valens nummos, & duo alii, & tres anſeres, & novem galine, & dimidius modius fabarum & piſarum, & modius olerum, & modius raparum, & centenarius ovorum. De curia Stephinskirchen unus porcus maturus & duo mimores & dimidius modius leguminum.

De Othersdorf datur porcus maturus ſexaginta valens denarios & quatuor alii minores, & quatuor anſeres, & XII. pulli, & in paſca C. ova, & in pentecoſten quinquaginta ova, & dimidius modius fabarum & piſarum & modius olerum & modius raparum. De molendino, *und von einen, Vorlant an den clein Zechent unde an Leber unde an Har*, dantur hec omnia, que ſuper memoravimus. De Chulbingen II. modii ſiliginis & VI. avene cenſualis menſure & media libra lini. De Hoube dantur Comiti Sigbotoni annuatim & de mollendino porcus unus valens XXX. denarios & duo alii minores & ducenta ova, de uno dantur tres anſeres, & VI. galline de altero duo anſeres, & VIII. galline.

Nunc ſubnotandum eſt, que miniſtratio debeat ſibi inpendi, de duabus Advocatiis quas habet a Iuvavenſi Epiſcopo, ſcilicet ſuper bona ipſius & ſuper prepoſituram clauſtri clericorum Chimeſſe. De bonis Epiſcopi dantur duabus vicibus pernoctans, & in die prandens due lagene vini, porcus XL. numos valens, anſeres III. pulli VI XXX. caſei, C. ova, III. modii avene, unus modius tritici & figuli.

De prepoſitura clericorum cum placitum ſuum ibi habuerit tres lagene vini, & quinque Cereviſie, duo porci, quorum uterque XXX. numos valeat, VI. anſeres, XII. pulli, ſexaginta caſei, CC. ova: inſuper de bonis que iacent apud Stumma, iuſticia advocatie integra carrada vini, modius avene, & unus modius tritici, alius modius figuli.

Summa

Summa omnium porcorum que ad procurationem Urbis Hademarſperch pertinent, ſunt ſeptuaginta octo: & ex his ſunt XXXIIII. maturi.

Keſſendorf habet quatuor domos decimales, Ainheringen LIII. domos decimales, Obingen XX. Erehaim X. & VII. Ekkeſtete XXX V. Huingarte & Chizzingen VIIII. domos decimales. Ad curiam Obinge, Oudalrici pertinet decima XXVI. domuum de Otkersdorf XXX. & tres domus decimales.

Nunc videndum eſt de arietibus, qui ad idem officium pertinent: de Amdorf tres arietes, de Ekkeſteten I. de Obinge II. vel viginti nummi.

Nunc videamus de armentis ad idem officium pertinentibus: apud Seevalhen unum armentum eſt de quo fiunt CCCXXXVI. caſei: ad Vendenbach I. mille & quadringenti caſei.

Sagenas quoque, ſecundum ius ſuum diſpoſitas habet duas: unam ſub urbe Hademarſperch poſitam, alteram apud Ekkeſteten. De dimidio manſo, qui fuit Domini Wernheri XL. dinarios.

De Foro ad Obingen XXX. denarios & ſedecim pro una cute.

Videamus etiam de denariis ex hoc officio pertinentibus. De Obinge de Decimatione de minoribus rebus que decimantur, debentur comiti quinquaginta denarii & XL. de curia decimationis. De Aindorf, de primo manſo XXX. denarii. De Cillenheim XL. denarii; de Molendino de Sconſteten, Octoginta; de Biberbach, V. ſolidi; de Wolfheringe L. - de Erlenheim III. ſolidi, de Sewalhen de dimidio manſo XXX. - de Torenhuſen de dimidio manſo LX. Apud Extete, de decimatione LX. apud Sconſteten de duabus curiis L. apud Culbingen LXXII. apud Dellnheim XL. den.

Horum ſumma eſt III. Tal. & dimid. & III. den. De Einheringen due ductuſe ſalis de Aindorf una. Ad Vohendorf manſum unum habet in pignus pro ſex marcis, unde due ducture vini: de Turenhuſe, dantur tres dimidie libre lini; de Aindorf quinque *Scote lini*; de vilicalibus curiis ſeptem: cutes ad emptionem olei dantur X. Ipſe Comes in offiicio Hademarſperch pervidere debet, qualiter mittatur pro una ductura olei e Niuenburch pro una: de Kuitheim, ubi manet Engilmarus dantur due ſagme vini. Ex officio illo Hademarſperch debeutur X. ſagme vini & una lagena.

Predictum manſum apud Vohendorf ſtatuerunt ſibi *Nepotes*, filii ſcilicet *fratris ſui Herrandi* & ſuus proprius miles *Hainricus de Hadolſing* pro ſex marcis *cocti argenti*, & in reconpenſatione dedit illis poteſtatem emendi predium apud Flinſpach quod poſſedit milles ſuus Warmunt. Si autem ipſi velint redimere predictum manſum, reddant VI. marcas & iſtud predium apud Flinſpach ſit ſibi reliberum.

Luikart & Perhta & omnes Liberi illarum dederunt *Domino Helmpoldo* predium ſuum apud Sunderheringen. Quod teſtificantur *Comes Sigboto, & duo filii ejus Chouno & Sigboto, Wichkerus de Lollingen, Wernherus Fiurſtein, Ortwinus de Trutherſtorf, Otto de Endorf, Heinricus Tourewinſe, Ekehardus Gelle, Roudolfus & filius eius Roudolfus, Pilgrimus & Luttoldus filius eius de Antwrte, Roudigerus de Heſelwanch.*

Chounradus Comes de Bilſtein abrenunciavit omni querele quam fecerat ſuper Patrimonium *Comitis Sigbotonis in Herrandeſteine* & in omni Patrimonio quod attinet ad idem Patrimonium, & hoc factum eſt Stouze *ſub vexillo Ducis Auſtrie duello affixo.* Huius rei teſtes ſunt: *Heinricus Comes de Scala, Sigehardus Comes, Walchoun de Steine, Regimbertus de Elſarn, Iſenricus de Ammendorf, Marchwardus de Slounze, Cholo, Frittilo, Engilſcalch de Chouhube, Otto de Poulan, Hermannus de Biela, Embrich de Baterhuſen, Oudalricus Lambel, Eppo & frater eius Loudewicus, Meginhardus de Tribanſwinkel, Sigefridus Walch & frater eius, Heinricus de Mounick, Hermannus de Hierzberch, Chounradus de Grabenſtat, Albero de Botenbrunne, Gotefridus de Driſtniche, Chouno de Harde, Otto Otkoz de Brandenberck, Chounradus de Stevenſchirchen, Sigbota de Lollingen, Sigefridus Iſenpoutel & Karolus frater eius: Inſuper omnes qui aderant ſub vexillo Domini Ducis.*

Chounradus Comes de Bilſtaine abrenunciavit omni querele quam fecerat in Herrandeſteine, ſuper *Dominam Sophiam* & liberos eius & *Dominum Nizonem* & omnem hereditatem que pertinet in Herrandeſteine; Et hoc factum eſt Brunſendorf in Prato coram Duce *Heinrico.* Huius rei teſtes ſunt: *Luipoldus & frater eius Heinricus filii predicti Ducis, Fridericus & Heinricus Caſtellani de Ratiſpona, Heinricus Comes de Scala & frater eius, Comes Sigehardus Fridericus Comes de Hohenburch, Walchoun de Steine, Wernherus de*

Laura,

Laure; *Louthwinus de Sunnesberch Herrandus de Drozze*, *Herewicus de Chenerbrunne*, *Albero de Horne*, *Walto de Valchenſteine*, *Chono de Boukſe*, *Otto de Herrandeſteine*, *Otto de Bramtemberch*.

Notum ſit omnibus, quod *Dominus Herrandus* patrimonium ſuum tam gentes quam predia *miſerit in vadio Comiti Sigbotoni* pro LX. talentis, ex quibus ad manus perſolvit Comes XXX. talenta tam in argento quam in nummis, & alia expenſa, & ille dedit ei quod dicitur *Gewere* poteſtativa manu ut iuſtum eſt. Hoc atteſtantur *Chono filius eiusdem Comitis*, *Chouno de Harde*, *Otto*, *Hartmoutt*, *Bernhart*, *Giſilolt*, hii omnes ſunt *de Herranteſteine*; *Heinricus Camerarius*, *Ortolf de Tiſenheim*, *Wernhart de Stevenſchirchen*, *Eppo de Liubetſendorf*, *Guntherus de Hildolves*, *Herbort*, *Roudigerus*, *Oudelricus*, *Marchwardus de Starchenberch*, *Geroldus*, *Chounradus*, *Heinricus de Piesnich*, *Wlfwin*, *Volchrat*, *Liebart*, *Roudigerus de Heſelwanch* & *Heinricus frater eius*, *Otto de Endorf*, *Loudevicus*, *Volchmarus*, *Chunebrecht*.

Domina Sophia abſolvit *Comitem Sigbotonem* a tali *Anſprache*, quam ipſa per filios ſuos, cognatos videlicet eiusdem *Sigbotonis* ad eum habere poterat. Quod teſtantur *Sigboto de Sconſtet* & *fidelis ſuus Dietmarus*, *Adalbero de Gunthartesperch*, *Helmpoldus de Haldesſingen*, & *Wikerus de Lollingen*, *Deginhardus* & *Heinricus Zophelman*, & *Heinricus Ebit*, *Gerlohus Podem*, *Volchmarus de Stozzenberch*, *Chounradus de Hadelſingen*, *Helmboldus de Endorf*, *Wernherus Fiurſtein*, *Roudigerus Iunior de Ornowe*.

Notum ſit, quod *Dominus Wikerus* cum uxore ſua & filiis tradidit *Comiti Sigbotoni* predium, quod habuit apud Pellenheim. Quod teſtificantur *Helmboldus Wolchmarus de Wolveſperch*, *Wernherus Lantode*, *Otto filius Helmboldi*, *Roudigerus de Heſelwanch*, *Heinricus Tourewinſe*, *Wernherus Fiurſtein*, *Ekehardus Gelle*, *Hartmannus* & *Witemarus*, *Sagitarius frater ſuus*, *Perhtoldus Spiſare*, *Otto Cellarius*

rius de Niwenburch, *Otto de Chogel*, *Roudigerus de Arnolte*. Hoc factum eſt pro IIII. talentis.

Domina Sophia impignoravit *Comiti Sibotoni* curtem in ſuperiori Phlinſpach pro III. talentis Ratiſponenſis monete, & X. talentis Munechare, & XXX. denariis; & huius rei teſtes ſunt: *Heinricus & Sifridus de Route*, *Gebehardus de Etelingen*, *Fridericus & Siboto de Scōnſteten*, *Chounradus Zolle*, *Albero de Cunthartſpere*, *Meginwardus & Ortwinus frater eius*, *Volcmarus de Wolfeſpere*, *Liebardus*, *Wernherus*, *Otto de Endorf*, *Gerlohus*, *Helmpoldus*, *Heinricus Zophalman*, *Deinhardus*, *Chounrat Chil*.

Notum ſit, qualiter *Helmpoldus* ſeparavit filios ſuos a filiis *Willibirge* in diviſione ſubſequente: filiis *Williburge* dedit predium apud Endorf, quod fuit *Ottonis*, & omnem decimationem quam habuit *Marchwardus de Albrataiche*, & *Roudbertus*, & dimidium manſum apud Obingen, & duo predia apud Sunderheringen & apud Stadele manſum unum, & apud Arnolteſtorf unum, & vaccariam apud Urdorf, & *Richburgam*, & hominem unum apud *Oleſtorf*, & omnes homines qui in eisdem bonis poſiti ſunt. Si vero ex his aliqui ſunt, qui non pertinent ad Comitem ſed ad *Ottonem* privignum *Willihurgis*, hos *Otto* habeat in ſua defenſione ad ſerviendum ſibi. H. r. t. ſ. *Sifridus*, *Hoholdus*, *Diepoldus*, & *Pabo*, *Liebardus de Niewenburch*, *Heinricus*, *Otto*, *Orgoz*, & *illorum ſororius*, *Chounradus*, *Heinricus & Rudegerus*, *Wikerus*, *Meginwardus & Ortolfus filius eius*, *Marchwardus*, *Hartmanus & filius eius de Stevenſchirchen*, *Chouno & Friderich filius eius de Harde*, *Ekehardus de Fuhten*, *Roudegerus de Haimoltingen*.

Predium & vineas quas habet in Auſtria & ſtatutum in Hauenaren ad duo talenta & IV. Lectiſternia, & omnem ſuppellectilem ſuam. Huius rei teſtes ſunt: *Liebardus*, & *Hoholdus de*

de Niwenburch, *Otto de Pramperge*, *Volchmarus de Wolffperch*, *Wernhardus Schiltwoure*, *Albero de Gunthartſperch*, & *ipſe Comes Siboto*, *Wolfkerus de Chlammenſteine*, *Sigboto de Mernmos*, & *Hageno Miles ſuus*, *Otto de Herranteſteine*, & *Ekericus de Auſtria*, *Pernhardus de Ellemprehtes*.

Altman & liberi ſui & uxor eius, *Heinricus Marce* & uxor & liberi eius, *Albertus* & mulier quedam *Heilica* nomine de Littiere, & omnia mobilia que poſſidet in die defunctionis ſue; quod teſtificantur predicti homines.

Notum ſit cunctis Chriſti fidelibus, qualiter quidam nobilis homo nomine *Eberhardus de Maiſa* cum manu filii ſui ſtatuit *Comiti Sigbotoni de Niwemburch* & filiis ſuis predium ſuum quod habuit in Flinſpach, & in alia villa que etiam vocatur Flinſpach, cultum & incultum, & in Moulewenge & omnia ad hec pertinentia: uxorem videlicet Gerungi de predicata villa cum filiis ſuis & cum prediolo ſuo, *in generali Concilio quod idem* Comes tunc habuit in loco qui dicitur Laintelern, & advocatiam ſuper Eccleſiam Flinſpach, coram nobilibus & comprovincialibus ſuis pro L. talentis, in quibus erant Marce IIII. ex his una puri argenti. Tali igitur confirmatione facta eſt hec conſtitutio a *Comite Sigbotone* cum predicto *Eberhardo*, quod ipſe potens non ſit illud predium redimere niſi ex propria pecunia, & inſimul L. talenta dari ex Ratisponenſibus denariis qui ſint donandi & acceptabiles per totam provinciam. Huius rei teſtes ſunt. *Albero de Hohenburch*, *Hartman de Tunigen*, *Sigboto de Mahſilrain*, *Waltman*, & *filius eius Fridericus*, & *frater eius Roudolfus cum filio ſuo Roudolfo de Paſtberch*, *Hartwicus de Richolveſtorf*, *Lazarius de Wolfrathuſen*, *Heinricus de Scallenckeim*, *Alber de Rordorf*, *Fridericus de Hegelingen*, *Eberhart de Moutrihingen*, *Herman de Fendenbach*, *Heinricus Atterſtein*, *Heinricus de Otershuſen*, *Fridericus* & *Ortolf de Sigemarshuſen*, *Richerus*

rus de Iorze, *Chounradus de Aheloh*, *Roudolf de Tala*, *Wolfſtrigel* *&* *frater eius Roudolf de Haſelange*, *Volchmar de Moulerwenge*, *Wernhere Lantode*, *Volchmar de Wolveſperch*, *Heinricus de Rublingen*, *Altman de Gozzingen*, *Tagino de Hartpenigen*, *Oudelricus* *&* *Fridericus* *&* *filius Sigfridi de Waldecke*, *Chounradus* *&* *duo filii eius de Lanzingen*, *Heidenrich de Alenbach*, *Helmboldus de Endorf*, *Eberhardus filius ſororis eiusdem Eberhardi de Hagenowe*, *Sigboto de Antwrte filius fratris Comitis Sigbotonis*, *Heinricus de Prantenberch*, *Wickerus de Lollingen*, *Mogingoz*, *Purchardus*, *Roudolfus de Mulewenge*, *Heinricus de Chlammenſteine*, *Meginhardus*, *Wernherus*, *Perhtoldus*, *Sigboto*, *Gerunch*, *Wernherus*, *Heinricus de Flinſpach*, *Wolfrat* *&* *Megingoz de Auſtria*, *Ekehardus de Sehaim*, *Werigant proprius* ipſius *Eberhardi*, qui ex omnibus electus eſt ut ipſe perciperet predictam peccuniam; *Sifridus Iunior de Mounich*, *Pabo* *&* *Volchmar de Niumburch*, *Sifridus* *&* *Siboto*, & inſuper omnes urbani urbis Niumburch dati ſunt in teſtimonium. Ad hec *Dominus Eberhardus* collaudavit coram omnibus, quod ſi unquam alicui hoc predium iu hereditatem tradere voluerit, quod hoc nulli hominum traderet niſi ipſi Comiti.

Predium quod *Titmarus*, *Chounradus* *&* *Heinricus* in Amode ſtatuerunt *Domine Willibirngis* pro duobus talentis; de hoc ſunt teſtes *Comes Siboto*, *Albero de Gunthartisberc*, *Volcmarus*, *Wolfesbert*, *Otto*, *Hoholt de Endorf*, *Otto de Brandiberc*, *Wernhart Scitifare*, & ipſimet qui tradiderunt.

Notum ſit quod *Ortolfus* *&* *frater ſuus Heinricus*, *&* *Sigboto* & ſoror illorum tradiderunt *Comiti Sigbotoni* predium ſuum quod habuerunt apud Hemmenhoven, in omnimodam proprietatem: Quod teſtificantur duo *Volchmari*, unus *de Wolvesperc*, alter *de Niwenburch*, *Liebardus* *&* *frater ſuus Egilolfus*, *Ekehardus de Voukten*, *Sigefridus de Oſterndorf*, *Ekehardus de Seheim*, *Hoholdus de Ollingen*,

gen, *Otto Cellarius*, *& Heinricus frater ſuus*, *Dietmarus de Tiſenheim*, *Wernherus Fiurſtein*, *Helmpoldus*, *Megingoz Irhpant.* Item idem predium ſecunda traditione confirmaverunt ipſi Comiti, apud Fiſenheim, cum manu ſororis ſue. Hoc teſtificantur predictus *Hoholdus de Ollingen*, *& Volchmarus de Wolfesperch*, *Helmpoldus de Endorf*, *Wernherus de Fiurſtein*, *Occoz de Prantenberch*, *Dietmarus de Tiſenheim*, *Roudigerus de Holzheim*, *Chounradus de Steuenschirchen*, *Chounradus de Hadelvingen*, *Heinricus de Hecilſperc*, *Ekkihardus Gelle*, *Roudigerus ſororius Domini Ortwini*, *Goteſcalcus inſtitor;* Dederunt ei etiam ſervum *Heinricum* nomine & quacunque occaſione ille Comiti preditus fuerit, dent ei duo talenta Ratiſponenſis Monete dederunt inquam ad vitam ſuam. Quod teſtificantur *Helmpoldus*, *Wernherus*, *Volchmarus*, *Ekkihardus*, *Occoz.*

Comes Siboto notum facit omnibus ſcire volentibus quod ipſe obtinuit coram Salzburgenſi Epiſcopo Domino *Chounrado* Apoſtolice ſedis Legato, quod quomodocumque litem illam que eſt inter eum & prepoſitum de Wiare terminaverit, hoc ipſe ratum habeat. Hoc atteſtantur *Dominus Abbas de ſancto Petro*, *& Dominus Heinricus Plebanus de Stoulvenden*, *Meingotus Caſtellanus de Salzburch*, *Willehalmus de Wanareberch*, *Marchwardus de Uzelingen*; *Luipoldus de Walde*, *Dietmarus Marſcalcus*, *Volcholdus*, *Heinricus Bavarus*, *Walchoun de Steine*, *Ochoz de Prantenberch*, *Helmboldus de Hadelwingen.* Hec lis poſtea terminata eſt inter *Comitem Sigbotonem* & eundem prepoſitum apud Niwenburch, tali modo quod ipſe Comes tradidit Eccleſie de Wiare unam curtem & unum molendinum apud Happingen, & dimidium manſum apud Talheim & apud Walde, locum unum abſque curiis, & predium unum apud Pienzenowe. E contra prepoſitus predictus per manus proprias & fratrum ſuorum tam clericorum quam laicorum converſorum abrenunciavit bonis apud Chontel & Oſterndorf, & ſuper

omnibus cauſis aliis de quibus agebatur. Teſtes huius rei ſunt: *Walchoun de Steine*, *Wolchmarus de Stolzenberc*, *Egilolfus & Leonardus*, *Heinricus & frater eius Ockoz de Prantenberc*, *Chounradus de Stevenschirchen*, *Roudigerus de Heſelwanch*, *Hoholdus & Diepoldus*, *Ekehardus*, *Heinricus Bawarus*, *Ekehardus de Fuhten*, *Arbo fidelis Domini Walchouni*, *Volchmarus de Wolfesberc*, *Wernherus de Fiurſtein*, *Otto de Endorf*, *Diepold de Oſterendorf*, *Sigboto de Makſelrein*, *Wolfker Dume*, *Heinricus Prepoſitus*, *Fridericus de Gunteshein*, *Roudegerus de Holzheim & frater eius Chounrat Schuhil Wernherus Lantode*, *Heinricus de Warengowe*.

Notum ſed omnibus quomodo *Domina Perkca* cognata *Domini Wolfkeri* Uxor *Ekkehardi*, per manus Advocati & Abbatiſſe, *Comiti Sigbotoni* tradita eſt: Filios eius dividere preter urum: ille pertinet Comiti. *Otto de Brandiberc*, *Wiker*, *Ocox*, *Hohold*, *Herman*, *Heinricus de Louna*, *Wernher*, *Willhalm*, *Counrat de Blagen* *Otto de Tunnenberc*, *Counrat de Grimhartingen*, *Otto de Tiuſenberc*, *Wolfher de Celle*, *& Gravenbergar*, *Marcwart & frater eius*; & hoc factum in Salario in Chimeſſe apud Abbatiſſam.

Notum ſit omnibus fidelibus Chriſti *Cimitem Sibotonem* Seniorem rogaſſe *Comitem Cunonem de Megilingin*, *ut delegaret* filio ſuo *Sibotoni Comiti de Niuwinburc* delegationem que in manus eius prius delegata fuerat, ut inde faceret quidquid poſtularet. Hanc, ut dixi, rogavit predicto filio ſuo delegari. Horum teſtes ſunt: *Cuno Comes de Megilingin*, *Heinricus iudex*, *Rudegerus de Vriheim*, *Cunradus de Wiari*, *Walkuinus de Stainkirchi*, *Altman de Talihaim*, *Arnolt de Lanzingen Alber de Stainkirchi*, *Gotivrit de Alhartishaim*, *Cunradus de Udindingen*, *Udalricus de Garzi*, *Burchart de Wiari*, *Liutolt Cellerarius*, *Cunradus de Ebiſi*, *Siboto Sindari*, *Gebikart*, *Cunradus Servi Rudigeri de Vriheim*, *Heinricus de Sivridiſuweri*, *Rapoto Fundan*, *Cunradus Raigy*, *Heinricus de Rinhach*, *Vdalricus de Lan-*

zingen

ſingen Alber Raſpi, Heinricus, Otto de Brantinberc, Hoholt & Otto de Endorf, Ogoz de Brantinberc, Ortholf & Heinricus de Tiſinheim, Wiggerus de Iolſingen, Alber de Gunthaſſperc, Wolfher de Celli, Wernherus Viurſtan, Ortwinus & Heinricus de Celli, Heinricus de Wolviſperc, Otto de Willihalmisburc Cunradus Gurlephſi, Cunradus Acrotitus, Eggihardus de Lamperingen, Alber de Antwra, Siboto Vlman, Cunradus Nietſtain, Engibertus Cocus, Udalricus Capellanus, Cunradus Altinburgari, Cunradus de Ollingen, Willibolt Rudihalf, Gotiscalo de Niuwinburc, Hartman de Slihti, Ebirhart filius Helmboldi Meingoz Irpant, Otto de Ruetheringen.

Notum ſit Chriſti fidelibus quod *Domina Iudita filia Domini Herrandi* delegavit tale ius quod habere potuit in Urbibis *Valchenſtein & Herranſtein* in manus *Domini Dučis Ottonis*, cum libere facere potuit, ea conditione ut nichil inde ageretur niſi ſecundum petitionem *Domini Epiſcopi Ratiſponenſis Chounonis*; & hoc factum eſt ad honorem ipſius Epiſcopi. Huius rei teſtes ſunt: *Epiſcopus de Pabenberch, & nepos eius Marchio Pertholdus Iuvenis Epiſcopus Patavienſis, Fridericus Palatinus, Heinricus de Altendorf, Siboto Comes de Valchenſteine, & filius eius Chouno, Walchounus de Steine, Alpreht, Walchounus, Alrammus de Chambe, Adamarus de Ahouſen, Wernhardus de Horbach, Fridericus de Stevininge[n] iuvenis, Nizo de Rettenpouch, Sigihardus de Eberſpunt, Oulricus de Leren, Viztum, Mainz de Goupherm, Chouno de Pouhſe, Ulricus Schurf, Ulricus de Scrophenhuſen, Chounradus iudex de Iartenperch, Ratolth de Renprehtesdorf, Ulricus Sibenhar, Albertus de Gunthartesperchen, Ortwinus de Cella, Eſcwinus & Pernhardus frater eius de Phatinpen, Ekkehardus de Vouhten, Alprehtus de Walthalmingen, Heinricus Comes de Plaigen, Heinricus Comes de Franteshuſen.* Hec omnia facta ſunt in Monaſterio Ammenperch in dextro Choro. Poſt hanc perſcriptam delegationem, *Otto Dux* ſedens in iudicio in Orreo ſuo Ammenperch, Epiſcopo ingrediente, rogavit eum

Dux ut daret ei arbitrium facere cum legatione, ſecundum ſuum lubitum, & hoc ipſe conceſſit. Huius rei teſtes ſunt: *Dietricus Comes de Waſſerpurch*, *Siboto Comes de Valchenſteine & filius eius Chouno*, *Walchounus de Steine*, *Werherus de Lobere*, *Purchardus de Steine*, *Wernhardus de Horbach*, *Pernhardus de Moſen*, *Egelolfus de Steine*, *Heinricus de Tollern*, *Hein ricus de Altendorf*, *Alpreht Comes de Pogen*, *Gebehardus Comes de Tolnſteine*, *Erchenphretus de Hagenowe*, *Chunradus de Tornperch*, *Ulricus & frater eius de Haſelpach*, *Alpreht & frater eius de Chambe*, *Liutoldus de Owe*, *Pertholdus de Prettenprunnen*, *Fridericus de Steviningen*; *Otto Comes de Ratiſpona*, *Heinricus Comes de Plaigen*, *Heinricus Comes de Frantenhuſen*, *Pabo de Elleprehteschirchen*, *Roupreth Wolf & frater eius Alphrehtus*, *Eberhardus de Ahenhuſen*, *& frater eius Hadamarus*.

Poſtquam hec omnia facta ſunt, eunte Duce ad Ceſarem, inſecutus eſt *Dominus Chouno* eum, & repperit eum Tigingen, & rogavit eum ut legationem hanc daret in manus *Domini Attmani de Abensberch*, nichil inde faciendum, niſi ſecundum rogatum ipſius *Domini Chounonis*; quod ipſe conceſſit in Cimiterio Tigingen ſedens pro tribunali, & delegavit in manus *Domini Altmanni*. Huius rei teſtes ſunt: *Otto de Stephiningen Lantgraphe & frater eius Fridericus*, *Chounradus de Ahuſen*, *Otto Caſtellanus*, *Wernherus de Laberk*, *Chunradus de Werde*, *Alpreth de Prettenprunnen*, *Arnoldus de Grounharteshoven*, *Hartnidus de Frawenhoven*, *Chouno de Lengenvelt Revan*.

Notum ſit omnibus fidelibus Chriſti qualiter *Chouno de Nuonwenburc* in curia Stalboun, coram multis, *Dominum Albertum de Chambe* rogavit ut eam delegationem quam ipſe ſuper caſtro Herranteſteine & ſuper caſtro Valchenſteine accepit, *Comiti Sibotoni* & iuniori *Sibotoni*, atque ipſi *Chounoni* tota reſervet, & ipſis tribus communitas, quando illud requiſiverint, eandem delegationem ſine contradictione conferat & aſſignet. Quod ſi unus vel duo ante deceſſerint, ſuperſtiti eadem delegatio conferatur. Ad hoc ſciendum eſt

quia

quia *Comiti Sibotoni* in hac delegatione hec ſpecialitas debetur, ut ipſe res eiusdem delegationis, quamdiu vivat, ſolus habeat & poſſideat; poſt obitum vero ipſius, easdem res prefati filii ſui, videlicet *Chouno & Siboto* habeant, & equa portione dividant. Huius rei teſtes ſunt: *Alrammus de Chambe*, *Hainricus de Stamhaim*, *Otto de Steveningen*, *Oulricus Sibenhare*, *Albertus de Truhtlaichingen*, *Ortolfus de Tegendorf*, *Otto de Endorf*, *Ortolfus de Tiſenhaim*.

Notum vobis facio quod *Comes Siboto* & Uxor ſua *Domina Hiltingardis* & filii eorum querimoniam fecerunt in curia Domini Ducis *Ottonis Pittingen* ſuper Urbem Megelingen & omnia Bona ſibi pertinentia, & homines qui fuerunt Patris & Matris eius ſcilicet Cometiſſe, in noviſſimis diebus eorum. Huius rei teſtes ſunt: *Palatinus Otto*, *Heinricus de Altendorf*, *Heinricus de Stoefe*, *Purchardus de Steine*, *Altmannus de Aberſperch*, *Wichnant de Haſelbach*, *Albero Wolf*, *Pabo de Eringen*, *Albero de Brugge*, *Ratolt de Remprehsdorf*, *Fridericus de Lonſperch*, *Ortolfus de Tegernwanch*, *Walchounus de Steine*, *Otto de Aſcheringen*, *Coppoldus de Lochouſen*, *Hadamarus & frater eius de Ahuſen*, *Alſpreht & frater eius de Chambe*, *Chounradus de Encineſpach*, *& frater eius Crabſt Eberhardus de Luige*, *Hettfolchus de Vetwen*, *Comes Oulricus de Perge*. Hi ſunt liberiores. Poſt hos Miniſteriales nominandi ſunt: *Hartwicus de Richolfdorf*, *Chounradus de Grimhartingen*, *Heinricus de Steveningen*, *Heinricus de Chlammenſteine*, *Oulricus de Elmowe*, *Otto Choſt*, *Heinricus & frater eius Roudegerus de Lindahe*, *Oulricus de Weitingen*, *Chounradus de Tegernpach*, *Liudoldus de Owe*, *Oulricus de Schröfenhuſen*, *Pertholdus de Eſchelbach*, *Heinricus Seligerchint*, *Alhart de Briſingen*, *Gelfrat de Tiſpach*, *Eberhardus de Steipach*, *Dietricus de Moſen*, *Hartſprech de Aheim*, *Hengelpreht de Planchenperch*, *Gebehardus de Iulpach*, *Chunradus Comes de Mosburch*, *Chunradus Comes de Dornberch*, *Diepoldus de Erlahe*, *Heinricus judex de Rintpach*, *Chounradus de Frieheim*.

Met-

Methildis de Ulzheim fecit abnegationem de predio uno ibi ſito ad Adamarſperch, erga *Comitem Sibotonem*, & ibi affuerunt *Wernherus Clericus*, *Otto de Prantenberch*, alique teſtes.

Notum facit *Comes Siboto*, quod *Dominus Siboto de Chatprunnen* dedit predium ſuum quod ſitum eſt in Livchental apud Winder cum filiis ſuis, ſcilicet *Wernhero* & *Heinrico* & ceteris liberis ſuis, *Comiti Sibotoni de Walchenſteine*, & ipſe dedit ſibi ſex talenta & conceſſit ſibi duo Mancipia. Huius rei teſtes ſunt: *Wernherus Fiwenſtein*, *Hortolfus* & *Dietmarus de Tiſenheim*, *Otto de Prantenperch*, *Hegelolfus* & *Albero de Flinſpach*, *Rudegerus de Holzheim*, *Ekkehardus Prepoſitus*, *Engelbertus Cocus*, *Albero de Gunthartesperch*, *Helmpoldus de Halvingen*.

Notum ſit Chriſti cunctis fidelibus quod *Domina Iutta* & filia eius tradiderunt *Comiti Sibotoni* Uxorem *Domini Wernheri Fiwerſtein*, ſcilicet Oſmiam in proprietatem & filiis *Comitis Sibotoni*, ut liberi eorum dividerentur pars Comiti, pars *Domino Nizoni*, & hoc factum eſt in Eccleſia apud Velden, preſente Epiſcopo Ratiſponenſi *Chounone*, & hec fide confirmata ſunt ab omnibus in manus ipſius Epiſcopi. Huius rei teſtes ſunt. *Heinricus de Piburch*, *Pernhardus de Haſſenheim*, *frater Domini Hermanni de Steinhart*, *Pabo Hecche*, *Heinricus Cholbe*, *Puer de Ramſowe* & *proprius ſuus Heinricus Chergel*, *Chouno de Puhſe*, *Rapoto de Pouern*, *Gebehardus*, & *frater eius Albreht de Puern*, *Chunradus de Werde*, *Gebolf Cellerarius*, *Dominus Nizo*, *duo Henrici de Megenlingen*, *Rudegerus de Steinchirchen*, *Gebehardus de Tanbach*, *Rudolfus de Friheim*, *Hoholdus de Ollingen* *Aſchgwin de Albertingen*, *Wolfram de Winden* & *filius ſuus*, *Heinricus juvenis de Rintpuch*, *Otto* & *Hoholdus de Endorf*, *Roudegerus de Holzeim*, *Ulricus de Oſterndorf*, *Wernherus* & *Heinricus de Chatprunnen*, *Wernherus Fiwerſten*, *Ortoldus de Tiſenheim*, *Thrutherus de Chinden*, *Chunradus Pincerna Epiſcopi*.

No-

Notificamus ego *Comes Sigboto* & duo filii mei, *Chouno* videlicet & *Sigboto*, quod Dux Auſtrie *Luipoldus*, & Dux Stirienſis Otacher tradiderunt nobis filiam ſororis *Domini Marcwardi* de Limars nomine Touta, in omnimodam proprietatem, cum omnibus bonis ſuis. Huius rei teſtes ſunt: *Ortolfus von Winchel, Ortolfus von Ruhenec, Amelbertus & filius eius von Lochuſen, Wigant von Chlamme & frater eius, Marchwart Limar & frater eius, Perchtolt von Embenberch & filius eius, Durinch von Terbolſtein & filius eius, Oudalricus von Starchemperch, Otto Derſun & duo filii eius, Bernhardus, Wernherus Hartmoudus von Herranteſtein.*

Notificamus cunctis Chriſti fidelibus, quod *Pueri de Liupnowe* tradiderunt *Comiti Sibotoni* Uxorem *Domini Eberhardi de Piberpach*, ea conditione ut liberi eorum dividerentur, & hoc fide confirmaverunt Huius rei teſtes ſunt: *Ipſi Comites Dominus Sifridus, Dominus Otto, Heinricus & Bertholdus de Vagen, Ulricus Ahorn, Ingirammus de Sehencheim, Ulricus & frater ſuus de Hohenchirchen, Chunradus de Steinhus, Gotfridus Zant, Albero & frater eius de Hartwenigen, Wernherus de Tulchingen, Alhart de Priſingen, Fridericus de Selhuben, Chunradus Grazinech, Hiltprand de Liubnowe, Heinricus Strelere, Chunrat, Margwart, Wernhart de Stevenschirchen, Hoholdus de Ollingen, Otto de Endorf, Wernherus Fiorſtein, Ortolf de Cunthartiſperch.*

Notum ſit cunctis Chriſti fidelibus, quod predium de Sclihte, & Mons Seborc, mutuo cambiatum eſt pro predio in Regelingen, & hoc factum eſt a *Domino Wolfgero*: Huius rei teſtes ſunt: *Arnoldus de Aſcowe, & frater ſuus Conradus, Ozoz de Grawenſtat, & illi de Heichen, & illi de Perge.*

Notificat *Comes Sigboto* omnibus viventibus, quod Dux Auſtrie & Dux Stirenſis tradidit ei filium ſororis Domini *Marquardi Limar* in omni-

nimodam proprietatem. H. r. t. ſ.: *Ortolfus de Winchelin*, *Hademar de Chounringen*, *Otto de Lenginbach*, *Hambelpertk de Lochuſen & filius eius*, *Pertoldus de Emberberch & filius eius*, *Oudalricus de Starchemberch & filius eius*, *Marchwardus Limer & Otto filius eius*, *Durinch de Terbolſtein & Filius eius*, *Bernhart & Hartmouth de Herranſtein*, *& Wernherus Lantode*, & filius Comitis ipſius &c.

Omnibus Chriſti fidelibus inſinuat *Comes Sigboto*, quod *Fridericus* Imperator conceſſit *Comiti Sigbotoni de Niumburch* beneficium quod habuit de *Comite Gebehardo de Sulzebach*, aſtantibus Epiſcopis & Principibus & Amicis in *Caminata*, qua fuit ipſius *Comitis Gebehardi*, & beneficium filii ſui *Chounonis* poſt obitum ipſius. Huius rei teſtes ſunt: *Epiſcopus Brixinenſis*, *& Dietpoldus Comes de Leckesmonde Adelbertus de Chambe & frater eius*, *& Roubertus de Durne.*

Talem decimationem qualem habuit *Comes Sigboto* apud Herranteſteine, tali modo in ius proprietatis ceſſit Patruus eius *Dominus Wolfkerus*, preſente Marchioue Luipoldo: juſta commutatione predii ſui, quod habuit apud Morſpach. Dedit ipſam villam ad Eccleſiam que dicitur Medelich, & coram Epiſcopo tum temporis Patavienſi. Quod teſtificatur Cyrographum quod habet Eccleſia Medelich, & liber iſte continet.

Noticie cunctorum pateat fidelium, *Sibotonem Comitem* Seniorem de Valchinſtain *ab Alberone Lupo de Bokiſperc*, & ab Uxore, filio que & privignis eius, *Conrado ſcilicet* & ſorore eius, predia quecunque poſſederant in Auſtria, *in Familia vel Mancipiis* in oppidis, in agris, in vineis vel vinetis, in pratis, in paſcuis, in Sylvis, in Manſibus, in Areis cultis & incultis, exceptis duabus *Udalrici Claimvegin* filiabus, & beneficiis *Ottonis & fratris eius Heinrici de Brantienberc* ducentis viginti emiſſe talentis; que beneficia conditionaliter ſunt excepta. Ea videlicet ratione, ut ſi predictus

Co-

Comes vel filii eius id obſequio vel muneribus obtinerent, ut eadem beneficia ſibi reconſignarent, ab ipſis reiveſtirentur & eorum deinceps iuri cederent, nec aliquid aliud de eisdem beneficiis fieri poſſet, niſi ſicut hic ratione diffinitum eſt. Sed quia filius prefati *Alberonis* minoris erat etatis, infirmus eius ſuper tali negotio iudicabatur aſſenſus: unde prelibatus *Albero* data fide preſcripto Comiti pollicitus eſt, ut cum primum predictus puer *viriles attingeret annos*, hortatu ſuo, ubicunque & quandocunque de data fide ammoneretur, huic venditioni & emptioni ipſum cogeret aſſenſum prebere. Quo facto *Fridericus de Wolvirnkovin* accedens rogatu predicte matris familie Iutin, & filii eius *Chounradi* & ſororis ipſius, quoniam delegator eorum exſtiterat, digna & ſolita delegatione, quecunque poſſederant in Auſtria, iam dictus Albero & Uxor, & Privigni eius ut ſupra dictum eſt, delegavit, in Manum *Comitis Counonis Senioris de Megilingin*: tali conditione, ut eadem predia prenominanto *Comiti Siboni & Filiis eius non Filiabus conſervaret*, ſi non aliud preſcriptus heros ipſum inde facere obſecraret. Facta eſt autem hec emptio & delegatio in generali placito vel Concilio, idus Iunii iuxta Vibices, *bi Birkin*, preſidente ſedi Apoſtolice *Papa Clemente*, ſecundo anno expeditionis *Friderici* Imperatoris contra Saladinum. Harum rerum teſtes ſunt qui viderunt & audierunt: *Comes Palatinus Fridericus*, *Siboto Comes iunior de Valkinſtein*, *Cuono Comes ſenior de Megilingen*, *Ratholt de Kagiri*, *Albret de Liubinsdorf*, *Chounradus frater eius*, *Ruppret de Ranegk*, *Fridericus de Wolvirnkovin*, *Hadeloch de Kirperc*, *Alram de Cambi*, *Heinricus de Rute*, *Ethicus de Stephiningen*, *Rupret de Bogildorf*, *Irminſtain de Inningin*, *Wernher de Labiri*, *Bertholt de Siboldisdorf*, *Heinricus Lugchi*, *Altman frater eius*, *Cunradus de Merſinkovin*, *Bernger de Soumburc*, *Deginhart de Stainbahc*, *Heinricus de Wachilkovin*, *Fridericus de Niuwenhuſin*, *Walricus de Scerlingin*, *Bruno de Haſilbahc*, *Bero de Muri*, *Eberhart de Turtilvelt*, *Heinricus de Wigilhaim*, *Helm-*

ricus de Ebirſtat, *Cunradus de Liubinsdorf*, *Bernhart de Cholnbahe Ruprecht de eodem*, *Goteſridus Chluban*, *Dietricus de Raitinbuehc*, *Eberhart de Berge*, *Bruno de Vihekunn*, *Eberhart de Stephiningen*, *Bertholt de Rute*, *Diepolt de Ianno*, *Albret Sozmuggi*, *Bruno de Bergi*, *Deginhart de Eſchilbach*, *Fridericus & Filius eius Fridericus de Rauwenhuſin*, *Etic de Merſinckovin*, *Sifridus de Neninchovin*, *Dietmarus de Holzin*, *Bertholt de Wengin*, *Eberhart de Ottirbach*, *Cunradus de Thephindorf*, *Cuno de Miſtilbahc*, *Heinricus de Drutbahc*, *Gebihart de Bruggi*, *Alber de Orte*, *Bertholt de Mannisdorf Heinricus de Willingin*, *Cunradus de Aiche*, *Wernher Viurſtein*, *Otto de Endorf & Hoholt frater eius*, *Cunradus Stephinskirchi*, *Heinricus de Brantinperc*, *Heinricus & Fridericus de Sulzperc*, *Herman Filius iudicis de Megilingin*, *Alber Eggirich de Herrandiſteine*, *Burchart de Niwenburc*.

Notum ſunt cunctis Chriſti fidelibus, *Comitem Sibotonem de Valkinſtein*, *ab Alberone Lupo de Bokiſperc*, *& Iuta*, uxore ſua & privignis eius, predia quecunque poſſederant in Auſtria, & iuxta Beſinberc emiſſe CCC. talentis. Cumque prefatus *Albero* Patavie occuriſſet prelibato Comiti, requiſitus eſt ab eo an per internuntios tolaliter preſcriptum recepiſſet theſaurum. Qui confeſſus eſt ſe integraliter ſuſcepiſſe preter XVIII. ſolidos & XV. denarios qui & ante prenotatum *iuxta vibices*, terminum, per *Cunradum de Stephiniſchirchi*, eidem dati ſunt. Horum teſtes ſunt: *Udalricus de Bendilingin*, *Sigboto de Niuwinburc*, *Otto de Brantinberc*, *Rudegerus de Holzaim*, *Wiggerus de Iollingin*, *Volcmarus Ludewicus frater eius*.

Itaque predictus *Albero*, cum diu diuque quod data fide & in vice eius quatuor manicipiis eius iurantibus promiſerat ſuper eisdem prediis, quaſi non accepiſſet promiſſa coemptionis Talenta, implere diſſimularet, *Comes Siboto* ſenior venit Ratisponam, & in veteri Capella interrogavit *Udalricum de Bendilingen*, ſi *Alberoni Lupo*, per

per ſe eidem tranſmiſſa, ante decretum iuxta *Birkin* terminum, tradidiſſet talenta: qui dixit ſe dediſſe, & *Albero* confeſſus eſt ſe recepiſſe, & inſuper prefixit diem *XIV. poſt noctes* poſt feſtum nativitatis Sancte Marie quo traderet predicta predia manu delegatoria, & ſolveret predia Wizzingin *Comiti Sigbotoni*, quod ſtatutum fuerat *Cunrado Privigno* eius pro XXV. talentis: Pollicitus eſt etiam *Comiti Sigbotoni* ſeniori, ſi ipſe ante determinatum idem negotium obiret, filio eius ſicut ſibi debuerat, eadem traderet predia. Horum teſtes ſunt: *Bertholdus Dux Meranie*, *Otto Comes de Liubenowi*, *Walcunus de Staine*, *Wernherus de Labere*, *Udalricus de Bendilingin*, *Otto Hoholt de Endorf*, *Wernher Viurſtein*, *Cunradus de Stephiningen*, *Eggihardus de Lamperingin*, *Heinricus de Cell*, *Albertus de Cambi*, *Cunradus de Moſiburc*, *Udalricus*, *Cunradus de Wolvratshuſen*, *Gotiscalcus de Hatnchovin*, *Otto de Steinhaim*, *Cunradus Aichorn*, *Rudegerus de Strowi*, *Cunradus de Hegil*, *Cunradus de Stainhuſin* *Otto de Lampolting*, *Cunradus Creſine*, *Cunradus de Liubanisdorf* *Albreht de eodem*.

Comes Siboto de Niwemburch ponit hic viros ſuos qui fecerunt ei hominium pro beneficiis variis, quos vult dividere inter liberos ſuos. *Otto de Walde* habet ab eodem Comite decimationem apud Tunſteten, Cholpuhel, Pouchperch villicationes duas apud Haldingen & Frimanen, apud Scarmez dimidium manſum, apud Sewalchen. *Heinricus de Walde* habet manſum apud Glane: *Chounradus de Froſcheim* habet decimationem apud Haldingen, & manſum apud Glane, & apud Ruhenpuhel unum. *Luipoldus de Froſtheim* habet apud Sconſtat manſum I. & apud Glane I. *Pertoldus de Froſcheim* habet in eodem loco decimationem & beneficium unum, & apud Strazze decimationem & decimationem apud Antſcheringen, cuius ſunt fere XX. domus.

Ekehardus de Tanne habet ad eodem Comite curiam apud Sewalhen. *Heinricus de Route* tres manſus. *Megingoz de Surberch* manſum unum. *Roudolfus de Uzdingen* manſum unum apud Schegelingen. *Witigo de Humeſperch* manſum & pratum. *Filii Domini Wernhardi de Schierolfingen* IIII. manſus. *Goutfridus de Schwannes* III. manſus. *Arnoldus de Innenboucke* LX. mancipia. *Heinricus de Ellingen* VIII. manſus. *Maganus & Otto frater eius* apud Halle IX. talenta & VIII. manſus. *Luipoldus de Walde*, III. manſus. *Willehalmus de Wagingarreberch* II. manſus. *Sigboto de Merimos* X. manſus. *Heinricus de Torringen* XXV. manſus. *Hartmannus de Nuztorf* decimationem & curiam apud Priene & villam apud Anningen, & manſum apud Tufendorf, & manſum apud Turenhuſen. *Engilramus de Egirdach* apud Holzhuſen iuxta Moringen II. manſus, & dimidium apud Turenhuſen. *Bruno de Chreiburch* ad duos manſus & ius advocatie. *Waltherus*, tres manſus. *Dietmarus de Weſterberc* apud Halle ad III. talenta. *Chouno de Schnatiſe* XV. manſus. *Chounradus de Aſchowe* habet a Comite Uberſe & Hiltenchirchen, & decimationem apud Arbingen, & decimationem apud Halvingen, apud Giſelratesheim manſum unum, & beneficium Domini *Roudigeri de Cella*, & manſum unum apud Wiſheim.

Pateat omnibus Chriſtianis tam preſentibus quam futuris, qualiter *Helmboldus* filios ſuos, *Ottonem* videlicet & *Hoholdum* ſeparaverit a filiis *Domine Willibirge* in diviſione bonorum ſibi pertinentium. Sunt autem hec que predicte *Willibirge* & ſuis Liberis in ſorte acciderunt, cum conſenſu utriusque filii, *Ottonis* ſcilicet & *Hoholdi*, & quibus ipſi abrenunciaverunt: Duo predia apud Endorf, quorum unum mutuatum eſt duobus prediis apud Sunderheringen, ita ut ſi concambium non poſſit eſſe ratum dentur predicte W. duo talenta. Eſt & predium apud Arnoltesdorf

dorf, cuiusdam beneficium & omnia vineta in oriente que ſui iuris erant, quod *Comes Sigboto & Helmboldus* ipſi *Willibirge* & ſuis liberis confirmaverunt. Item manſum unum apud Stadelen, & VII. mancipia ad ipſum pertinentia, & omnem decimationem quam habuit apud Obingen, & manſum dimidium ibidem, & dimidium manſum apud Percheim cum hominibus, & vaccariam apud Urdorf, & omnes homines ad ipſam vaccariam pertinentes, *Altmannum & Richburgam*, & liberos illorum; Hos conceſſit *Comes Siboto Domine W. & Heinricum* Marcen & uxorem eius cum liberis ſuis. Item *Heilicam de Lattere* & liberos eius. Hos autem homines quos poſſidet *Domina Wellibirch* in prediis ſuis ſeu beneficiis qui nondum ſunt partiti, ipſi & liberis eius ſervire debent ad vitam illorum, quos predicti filii *Domini Helmboldi* ſub tuitione ſui debent habere; *Albertum den Marterare* poſſidet conceſſum ſibi *a Domino Walchouno*. Item poſitionem apud Havenarem, quam poſuit *Heinricus* Turewinſe pro duobus talentis, nec non & aliam apud Viungen pro octavo dimidio talento *a Domino Ortolfo de Tegrindorf* propoſitam per manus Comitis, qui denarii *Domini W.* fuerant, ipſi pertinere ſignificamus. Item dimidium manſum apud Hemmenhoven. Hoc atteſtantur: *Sigfridus, Hoholdus, Ditpoldus, Pabo, Liebhardus de Niwemburch, Heinricus, Otto, Otkoz, & illorum ſororius Chounradus & Heinricus, & Roudigerus, Wikerus de Lollingen, Meginwardus & Ortolfus filius eius de Tiſenheim, Hartmannus & filius eius de Stevenſchirchen, Chouno & filius eius Fridericus de Harde, Ekehardus de Fuhten, Roudegerus de Heimoltingen, Otto de Herranteſteine, Ekericus de Auſtria, Pernhardus de Ellembrehtes, Wernhardus Schiltfoure, Albero de Guntharteſperch, Wolfkerus de Chiemmenſteine, Sigboto de Mermos & Tageno miles ſuus, Volchmarus de Woweſperch, Comes Sigboto.* Actum eſt apud Hademaſperch.

Hic notum ſit ius modiorum de advocatia quam habet *Comes Siboto de Chimiſe.* De Craſſouwe de duobus viris I. modium.

De

De Huntiligen de duobus locis I. modium. De Uberſe VIII. metrete. De Einoude VIII. metretas; De Slehingen, VIII. metretes; De Leimingen & de Hennenperch I. modium; De Erbingen I. modium; De Irmgeringen & de alio loco I. modium; De Otacheringen I. modium; De Hohenmoſe, & de molendino & de IIII. aliis locis I. modium; De Hohenmoſe I. modium; De Steten dimidium modium; De Stetten & de Sigenheim, dimidium modium; De Aſchowe I. modium; De Perge I. modium; De Vohendorf VIII. metretas; De Grunpach VIII. metretas; De Siggenheim VIII. metretas; Fridericus Vinche VIII. metretas; De Hohſtetten & Hagenach I. modium; De Stenhaim VIII. metretes; De Stalden Pruno VIII. metretas; De *Wolfeſperch* Rahewin VI. metretas; De Licinhaim VIII. metretas; *De* Ratprimnen I. modium.

De Anterſperch II. modios; De Wolfperch I. modium; De Tetelperch VIII. metretas; De Ulzheim XXII. metretas; De Route, I. modium; De Preitenloch I. modium; De Wingarten I. modium; De Eigelsheim & de Huncingen I. *modium*; De Ufheim & de Swebrichingen I. modium; De Habſwengen I. modium; De Huncingen I. modium; De Heigingen dimidium modium & VIII. metretas; De Wolfſperch VIII. metretas; De Neſzelpach & de Eigendorf I. modium; De Sethnahe I. modium; De Pucingen I. modium; De Wisheim I. modium; De Anterſperch I. modium; De Trovene I. modium, & dimidium de eodem loco; De Simperch & de Nuſtorf I. modium; De Veldlingen I. modium; De Phaffingen VIII. metretas; De Pucingen I. modium; De Steveningen VIII. metretas; De Prouningeſtorf I. modium; De Chinde & de Achtale I. modium; De Wolfricheim dimidium modium; De Touwernhuſen I. modium; De Luigingen I. modium; De Argesheim I. modium, & I. modium de eodem

dem loco; De Oulsheim I. modium; De Pacheim I. modium; De Timmptingen de Villico II. modios; De Wilansheim & de Orte I. modium; De Pongarten dimidium modium; De duobus Molendinis dimidium modium; De Route Udalrici I. modium; De Antwrte I. modium; De Route Tiumptingen I. modium; De Vorſthuben XXV. metretas; De Talheim VIII. metretas; De Stadeln I. modium; De Chiccingen I. modium; De Hacingen XX. metretas; De Piecingen I. modium; De Aberſtorf dimidium modium; De Chnoſingen I. modium; De Oſterheim XII. metretas; De Moſpach I. modium; De Weſſen I. modium; De Routowe VI. metretas; De Egerdach VI. metretas; De Tiumptingen dimidium modium; De Sazowe I. modium; De Himelperch VIII. metretas; De Stouffe XII. metretas; De Weſterhuſen I. modium. Hoc eſt per totum ſexaginta ſex modii de advocatia in Chimiſſe, absque illos ſex modios.

Notum facit *Comes Siboto* de advocatia Domini Epiſcopi Salzpurch, quantos modios ſibi dant. De advocatia ſua de Pinzgawe: De villico I. modium; de eodem loco XVI. metretas. De duobus locis: De Hennenperch I. dimidium modium; De Sebruke, de Piſcatoribus dimidium modium; De Prine, qui eſt Comitis Diterici I. modium; De Widah VIII. metretas; De Ellenboldingen VIII. metretas; De Mounichperc, I. dimidium modium; De Gottinisperch I. modium; De Gehaie I. modium; De Steten VIII. metretas; De Prandiperc VIII. metretas; De Interiori Gehaie I. modium; De Hagindorf I. modium; De Aſowe prope Eccleſiam I. modium; De villico prope Aſowe, de duobus locis I. modium, iterum prope de loco VIII. metretas, in monte Langenwiſe, dimidium modium; De Uſhaim I. modium, in Saberano de ſancte tribus locis III. modios; De Litenperc I.

 mo-

modium; De Crimhiltiperc I. modium; De novo loco, cum modo proxime debet ſervire, quot iuſtum eſt dabit; De Molendino VIII. metretas.

De advocatia illa XVIII. modios apsque illos tres modios pertinent, in colloquio ſuo debent dare ad Pabulum.

Hec ſunt bona que ego Niwinburgenſis *Comes Siboto*, filio meo *Sibotoni* in hereditatis participatione, conniventia hominum meorum, ſcilicet *Meinhardi*, *Hoholdi*, *Liebardi*, *Heinrici Wernheri*, *Gebihardi*, tradidi: Pornſriet & melior ſuaia, ſuperior curia in Ougiſt, Curia in Selbardi in Kirihtorf, cum media decimatione, Villicaria in Stevinſchirchin, Curia *Heinrici* in Routheim, Curia *Roudolfi Fabri* in Flinſpach, Media *Houba* in Wiehſi, Curtem in Antwrti, medius uſus de Suaia in Ouwa de X. vaccis, media advocatia in Aiblingin, media pars vini ex altera parte Niwinburch, media advocatia in Biſinberch, ſuper Barrochiam *Sigihart de Kouffſtein* duas ſeumas vini, Dietmar de Groubi duas, medietatem predii quod *Siboto de Antwrte* hereditario iure poſſederat, excepta decimatione & excepto nemore & ſilva Bouch, & militibus & Kounrado Gnouſone. Advocatia in Pienni & in Routheringen, & in Ebiſi, & in Oerlan, & Comitiam in Liuchintal, & II. talenta, Medietatem urbis Niwinburgenſis cum omnibus urbanis & univerſis attinentiis, excepta domo ſua, ſicut ratione diffinitum eſt, *Ottonem de Kogili*, *Heinricum de Ouſheim*; Inferiorem domum Domini Verigandi, poſtquam diſceſſerit Comes, *Engilbertum Cocum*, *Sibotonem*, *Ulmannum*, *Ezilonem de Kirihtorf*, & I. Swagam quam habet *Herwicus*.

Hec

Hec autem filio meo Kounoni, in eadem participatione tradidi: Curiam *Engilrammi* in Biſinberc cum ſuaia, Media in ibi advocatia ſuper Barr, medius uſus de Suaia in Ouwi de X. Vaccis; Curiam *Sigihardi* in Ougiſt, Curiam *Oudalrici de Kirihtorf*, cum media decimatione, Curiam in Lengindorf, Curiam *Friderici* in Routheim, Medius manſus *Wolframmi* in Mittilinkirichin, Curiam *Rouberti* in Tegirndorf, Medius manſus *Alberti* in Vonipi, pro duabus ſeumis vini, beneficium Hermanni pro una Seuma vini, Veriedi una ſeuma; Mediam partem vini ex altera parte *Wibtiwaldis*, Medietatem predii quod *Siboto de Antwrti* hereditario iure, in oriente poſſederat, excepta decimatione & nemore & ſylva Bouch, & Militibus, & *Kounrado* Gnouſone, Advocatia in Kirihtorf & in Koredorf, & in Buttingin; Medietatem urbis Niwimburgenſis, cum omnibus urbanis & univerſis attinentiis, excepta domo mea, ſicut ratione diffinitum eſt, *Ottonem de Brandinberc*, *Roudigerum de Heſiltnwanc*, *Gerungum*, *Heinricum Suevum*; *Reinoldum de Willingin*, Media advocatia in Aiblingin, Media advocatia in Wiari & Karitativa advocatiam ea a Niwinburc. Completa igitur huiusce modi donatione univerſa bona mea abdicaverunt, quod ſub veridicorum teſtimonio virorum confirmaverunt, quorum nomina ſunt hec: *Meinhardus*, *Hoholdus*, *Liebhardus*, *Heinricus*, *Wernherus*, *Gebihardus*, & I. Swaigam quam habet *Herwicus* & filius eius.

Hec ſunt Surburbana que pertinent ad Niwenpurc: Ad Vagina curia quam hebet *Hoholdus*; Ad Heckingen curia quam habet *Sigifridus*: Ad alterum Heckingen curia quam habet *Ekkehardus*; Ad Niderntal curia quam habet *Truhthers*, & de duobus prediis que ſunt Nurſenperch cenſum que habet *Volchmarus*, & I. manſum Sconſteten.

Notum ſit cunctis Chriſti fidelibus, *Comitem Sibotonem de Valkinſtein*, & *Comitem Conradum de Valaia*, cauſam que inter eos verſabatur apud Niuwinurvar terminaſſe, tali ratione; ut quandocunque vellet *Comes Siboto* delegatoria manu traderet filie *Comitis Cunradi*, de predio quod delegatum eſt in manum *Comitis Cunonis* ſenioris de Megilingin, aut de aliis prediis ſuis hereditariis tanta quantitas que ſerviret ei annuatim XV. talenta quoad uſque viveret, ſi ſponſus eius *Siboto Comes* iunior ſine liberis obiret; Qui & probare jureiurando debet prefatum predium tale poſſe perſolvere annuatim tributum. Quod ſi infra VI. Ebdomadas non impleretur poſt reditum ab expeditione *Cunonis Comitis de Megilingin*, centum L. talenta pro predicta dote *Comiti Cunrado* darentur. Horum fideiuſſores ſunt XLVIII. talentorum *Conradus de Aſſowi*, & *Cunradus de Grimhartingen*; Et pro L. duobus talentis, ſtatutum eſt predium in Flinſpach, & in fidem ipſorum Comitum remiſſa ſunt L. talenta. Si autem predium datum fuerit ut decretum eſt, fideiuſſores & predium quod ſtatutum eſt liberi erunt. Horum teſtes ſunt; *Cunradus de Aſſowi*, *Cunradus de Grimhartingen*, *Oudalricus de Wolvrathuſin*, *Hoholdus*, *Eggihardus*, *Liebhardus de Niuwinburc*, *Wiggerus de Lollingin*, *Wernherus Uiurſtein*, *Otto*, *Hohold de Endorf*, *Ortolfus de Tiſinheim*, *Bertholdus de Vagin*, *Hartwicus de Richoldisdorf*, *Gotefrit Zunt*, *Albrët de Lus*, *Heinricus Aitirſtain*, *Cunradus de Agingin*.

Notum ſit cunctis fidelibus *Egilolfum* delegando tradidiſſe ſuo filio *Alberoni* quidquid poſſedit hereditario iure in predio Flinſpach ſito: Horum teſtes ſunt: *Comes Siboto*, *Otto de Brantinperc*, *Werherus Viurſtain*, *Otto de Endorf*, *Wiggerus de Lollingin*, *Rudolfus de Onolfiſahi*, *Ortolfus de Tiſinheim*, *Heinricus cellarius*, *Heinricus Ebuaari*; *Cunradus de Lollingen*, *Cunradus Sturin*, *Otto Kobilrinc*, *Udalricus presbiter*.

An-

Anno ab incarnatione Domini M. C. ſexageſimo, Indictione VIIII. III. idus Iunii dedicata eſt baſilica ad Hademarſperc a venerabili *Domino Eberhardo* Iuvavienſis Eccleſie Archiepiſcopo, in honore ſancte Trinitatis & victorioſiſſime crucis, & perpetue Virginis Marie, precipueque in honore ſacti Iacobi apoſtoli. Et hec ſunt reliqiue ibi condite: De ſepulchro Domini, S. Marie, S. Iacobi apoſtoli, ſanctorum Innocentum, Vincentii, Lanperti, Criſogoni, Gereonis, Dyoniyſii, Antonii, aliorum ſanctorum confeſſorum Martyni, Nycolai, Galli, Oudalrici, Fortunati, Sanctarum virginum Felicitatis, Affre, Waltpurge, undecim aliarum virginum.

Anno ab Incarnatione Domini M. C. LXIIII. Indictone XII. ſexto idus Septembris, *Friderico* Imperatore regnante, peticione *Comitis Sibotonis*, ſub ſtatu bono Eccleſie dedicata eſt Eccleſia Nouwimburc a venerabili Friſingenſi Epiſcopo *Adelberto*, in nomine ſancte Trinitatis & ſancte Crucis & ſpecialiter ſancte Marie. Sunt autem ibi reliquie de veſte S. Marie, de ligno Domini, de Sepulchro eius, de preſepe eius, Iohannis Baptiſte, apoſtolorum Andree, Iacobi, Luce Evangeliſte, Laurentii, Pancratii, Tripolis & Mandali, Mauricii, Silveſtri, Nicolai, Valentini, Cecilie.

Alterum altare in eadem Eccleſia dedicatum eſt in honore S. Iohannis Baptiſte, Iacobi apoſtoli, Georgii, Pancratii, Kyliani, Tripolis & Mandali, Fortunati, Nicolai, Leonis, Wunebaldi Materni S. Marie Magdalene.

Helmboldus & Wernerus ſciunt de bonis *Comitis Sigebotonis* LX. talenta Chremeſenſis & X. talenta Ratisbonenſis monete & X. marcas argenti.

Sciunt etiam quatuor crateras argenteas, & ſcutella argentea & duo cocuaria argentea & tria picaria cum coopertoriis

 argen-

argenteis & IV. cyphos cum operculis omnia argentea; quorum ſumma eſt XII. & unum *Poeriſter* ex auro dimidie marce, & duas armillas ex dimidia marca auri, & aureos nummos ponderantes dimidiam marcam. Horum ſumma eſt ſecunda dimidia marca auri. Apud Neuenburg ſunt II. caphi cum copertoriis argenteis & V. cratere cum copertoriis. Tria Pereacia argentea cum opertoriis & IV. ſine opertoriis, II. Scult. argentea & coclearia duo argentea. Hec ſunt ſedecim vaſa argentea.

Nullum horum vaſorum vendatur niſi dupplicetur re pondus eius.

Comes Sbota habet XV. Loricas & VIII. *ocreas ferreas* que filiis ſuis ſerventur, XII. ferreas caligas, & quatuor galeas, que etiam filiis ſuis aſſerventur.

Sexaginta Haſtilia, idem Spizze.
Quatuor Galee.
Sex Tube.
Viginti *Federpete.*
Tria *Wurfzabel*, (alveus aleæ inſerviens)
Tria Scah *Zabel* (abacus ludo latrunculor. inſerviens.

Elefantei Lapides tam ad Wurfzabel quam ad Scahzabel pertinentes.

Apud Valchenſtain XXX. Spiſze ad Urſos capiendos.

Decem *Federpeta.*
Duo *Scahzabel* & II. Wurfzabel.
Apud Hademarſperch XXX. Spiſze.
XX. *Fiderpete.*
Unum Scahzabel, unum Wurfzabel.

S. Comes de Hademarſperch, O. dilecto homini ſuo de Merchenſtain ſalutem & omne bonum & quicquid Amico. Mandatum iſtud, quod demandamus in ſecreto, ſi perſolvitis in fide, omnia quecunque cara ſunt vobis, faciam vobis. Inimicum meum *Roudolſum de Piesnich*, qui multum infeſtavit me, ſi deponitis eum, ne fiat vobis & ei in carrinam, quodcunque vultis faciam vobis. Concedo vobis itaque bonum da der *Panzinbach alſo er over Albo in den Piesnic vellet* und daſe da ſpringet. Verbum iſtud & Mandatum, ut fiat ante feſtum ſancti Michaelis modo ut privetur oculis ne vos vel ipſum videat, iſta omnia certa erunt vobis. Si autem iſta non fiant nec poſſint fieri, rogo tamen ut ſint quaſi in corde ſepulta.

Comitis Sigbotonis Pater dicebatur *Roudolfus*; Avus eius *Herrandus*; Attavus *eius Patto*. Eiusdem Comitis Mater dicebatur *Gerdrut*; Avus eius *Sigboto*; Attavus *eius Gerolt*. Filii *Comitis Sigbotonis* dicebantur *Chouno & Sigboto*. Mater vero eorum H*iltegardis*.

Quando tenebre facte ſunt ſuper omnem terram (a. 1133.) tunc fuerunt dies annorum *Comitis Sigbotonis* Septem. A tenebris in die factis poſt id XII. annis expedicio *Cunradi* regis facta eſt.

Comes Siboto notificat ſcire volentibus quod pro homicidio carranam a) perſolverit: quinque vero *Iarvaſten* ſibi ſunt remiſſe.

a) *Carrana, carena, poenitentia publica.*

Homo quidam invaſus eſt ab eo & a ſuis Tuchendorf & vulneratus, quem mortuum audivit & pro eo nullam egit penitentiam.


EXPLICIT.

In-

CARTA FUNDATIONIS CANONIÆ WEIARN.
ANNO 1133.


